Ceadus, Cebrenia, Cebriones, cecidi à cado, cecini à cano, Cecropius, cedrelate, cedria, cædrinus, Celadon, Celadus, celebrer, celebrer, celeripes, celero, Celeus, Celius, Celtiber, Celticus, || cemelum, Cemeni montes, Cenchreæ portus, Cenchrius, cænodoxia, Cenomani, cenotaphium, centauricus, centaurium herba, centauromachia, censitor & censitus à censeo secundæ, ut nonnulli haud improbabilitè censent, centenarius, centesimus, centiceps, centifidus, centimanus, centimeter, centipeda, Centula, centuplico, Centores, centuplus, centurio, Centuripæ, Centurupe, cephalalgia, Cephalenia, cephalica vena, Cephalus, Cephisocles, Cephisocrates, Cephisodotus, Cepio, cerasus & cerasa, ceratinus, ceratium, ceraunia, ceraunobolus, Cerberus, Cercaphus, Cercetæ vel Cercetii, Cercidas, cercita, Cercyon vel Cercyones, cerebrum, ceremoniæ, Cerethi, cereus, cerinus, Cerites, cermatium, cernuus, ceroferarii, ceromaticus, cerostata, cervarius, cervicula, cervisia, cerylus, cespito, cetaria, Cetronius. [|| *Aliter cimelum. Gr. κειμήλιον.*]

C H

Producunt Penultimam

CHaberis, Chaberus, Chæremon, Chæronea, Chalcedon, quam ex veterum nummis Calchedon scribendam docet R. P. Sirmondus ad Sidonium, Chalcinus, chalcites, chalcitis, chalcophonos, Chaldæus, Chaïci, Chalonitæ, chamædryes, chamelæ, chamæmelon, chamæselinum, Characenus, characometes, Chariclides, Chariclea, Charidea, Charidemus, Charilaus, Charinus, Charisianus, Charitina, Charopinus, Chatramitæ, chelidon, chemia, quam alii chymiam vocant correptâ penultimâ, cheopina, Cherronesus seu Chersonesus, Chersonæa, de quâ ut infinitis aliis multos sæpe

sæpe anxios vidi, Chilpericus, Chimacum, Chimæra, chiridota, chiromantia, chirothecæ, chlorites, Chaniates, choragus, chorea, choreus pes, Chozebites, Chremetaon, Christeia, Christianus, Christina, Christinus, Christodorus, Chryseïs, chrysites, chrysoclavæ tabulæ, Chrysoloras, chrysomela, Chthonophyle.

Corripiunt Penultimam

Chabrias, Chæreas seu Chærea, Chablasii, Chærephanes, Chærephilus, Chærephon, chalazophylax, chalcaspides, chalcenterus, Chalcedonius vel Calchedonius, Chalcidicus, Chalciope, Chalcodon, quamquam fortè etiam produci possit, chalcographus, Chalcondylas, Chaldaïcus, Chaletus, Chalybes, chalybicum aciarium, chamæleo, chamæpitys, Chamætype, chameuniæ, Chaones, Chaonia, charadrius, Charadrus, Charicles, charistia, Charisius, Chariton, Charmylus, Charolus sic enim q. scribunt, Charopus, chartophylacion, chartophylax, chartularius, Chatramis, Chavona, Chavones, chelidonia, Chelidonis, Chelidonium, chelonophagi, chelydrus, chenalopeces, Chenoboscia, Cheopes, cherubicus & * Cherubim, ut vulgò omnes etiam doctissimi, Chersidamas, chersydrus, Chertobalus, Chesias, chillas, Chimera urbs, chimerinus, Chimerion, Chione, Chionides, Chiragra, Chirocrates, chirographum, Chironides, Chironius, chironomus, Chirosophus, chirurgia, Chlorigenes, chlorion, Chroatræ, Chærilus, cholera, cholericus, choragium, Chorasmii, choriambicus, chorobates, chorodidascalus, chorographus, chorostates, Chresiphon, chresticola, christigena, Christolium, chromaticus, Chromatius, Chromius, chronica, chronographus & chronorrhaphus, chronologia, chronologus, chrysanthemum, Chrysaoris urbs, chrysargyrum, chryspides, chrysendeton, Chryserus, Chrysidas, Chrysocēphalus, Chrysochir, cujus crementum producitur, ut hoc obiter moneam, Chrysocome, Chrysogonus, chrysolithus, chry-

[* *Gr. tamen est χερσίδιμ.*]

chrysologus, Chrysophorus, Chrysophrys, Chrysopolis, chrysoprasus, contrâ quàm multi vitiosè proferunt, Chrysorrhœas, Chrysostomus, Chrysotelus, Chrysothemis, chrysoxylon.

CI, CL

Producunt Penultimam

Cibatus, Cibotus, cicada, cicatrix, cichorea, saltem vulgò sic penè omnes ex Horatio, cicindela, cîcindile, Ciconinus, cicuta, Cieni seu Ciani, Cimolus, cinctutus, cinnammoum, cinyra seu cinnyra si Gretsero fides, Circeus, circulator, circumcido, circumscribo, Cirinus, Cissæis, Cisalpinus, Cisirhenanus, & similia, Citæa, Citæinus, Cithelas, citrigo, citrosa vestis, civilis, clamosus, clandestinus, Claranus, clathratus, clavor, Claudianus, Cleanor, Cleantheus adject. Cleobulina, Cleobulus, Cleodora, Cleolana, Cleomedes, Cleonæ, Cleonæus, Cleonicus, Cietabeni, Clidemus, cliduchus, clientela, climactères, Clitodemus, cloaca, cloacina, Clodovæus, Clusinus, Cluuienus.

Corripiunt Penultimam

Ciborium, Cibyra, Cibyriticus, Cicero, cicinum oleum, Cicones, ciconia, cicuro, cicuticen, cidaris, Cilicia, cilicinus, neque enim à Cilicibus ἀμείων formatur, sed à cilicio, ut nôrunt eruditi, imperitos enim non moror, cilium, Cimmerii, Ciminus lacus, Cimolia terra, cinara, cincticulus, Cineas, Cinesias, ciniflo, cinnabari, cinnamum, Cinnamus, cingula, Cinyphius, cinyra seu cinnyra saltem apud S. Gregorium Nazianzenum, aliter enim Grammatici, quare ut volueris, Cinyras & ab eo Cinyreius, circinus, circiter, circitor, circellio, Circius, circuitus, circulus, circumago, circumdatus, circumforaneus, circumlino, circumpedes, circumsono, circumspicit, circumvolo,

circumvolo, Cirinius, cirnea, Cistercium, cistifer, cistophorus, cistule, citeria, cithara, citimus, citreus, citrinus, civicus, civiliter, civitas, clamito, clanculum, Clanius, clarifico, clarigo, clarisonus, Clarius, classicus, claudico, Claudiopolis, clavicula, claviger, Clazomenæ, & Clazomenius saltem sæpiùs, Cleandrides, Cleobis, Cleocrates, Cleocritus, Cleodamas, Cleogenes, Cleomachus, Cleombrotus, Cleomenes, Cleonymus, || Cleopatra, Cleophanes, Cleophas, Cleophon, Cleoptolemus, Cleoras, Cleostratus, Cleoxenus, clematis, clenodistice ars, clenodium, clepsydra, clibanus, climactericus, Climacus, Cliniades, Clinias, clinicus, Clinomachus, clinopale, Clinopater, Clisophus, Clisthenes, Clitomachus, Clitorius fons, Clivia, Clodius, Clælia, Clonius, Cluniacum, Clusium, Cluvia, Clymene, Clymenion, Clypea vel Clupea urbs, clysterium, Clytie, Clytius, cnapheus seu gnapheus, hoc est fullo, cnicinus & cnidinus, quibus adjungendam haud arbitrator cisterninam aquam, quæ est apud Senecam Ep. 86. [|| *Sic suadet ratio, at vulgò nihilominus prod.*]

COA, &c. ad COM

Producunt Penultimam

COagulatus, coccyges, coccy-mela, cochleare, Cocytus, Codinus, coëgi, cœnator, cœnobitæ, cœno-myja, cognatus, cognomen, cognovi, colaphizo, Coleta, Colinus, collabescio, collabor, collaboro, collare, collateralis, Collatinus & collativus venter, coilatus, collega, collegi, collido, collimo, Collinus, colludo, collusor, colluviaris, Colone, colonus, coloro, Coloüs, colotes, colubrinus, Columbanus, columbatim, columbinus, columnaris, columnatus, colurus in sphærâ, Comacum, Comagenus seu Comageenus dixeris. Comani, comatus, combennones, comino Logicum vocabulum, Combrea, comburo, comedi, Comeon, comessator. comesus, (sic Comestor cognomen Petri Scholasticæ Historiæ

torix Scriptoris, cujus clementum ab ineptis nonnumquam Lectoribus, ac si Græca vox esset, corripitur,) comitatus, comitalis, comitiva, commanduco, com meatus, commisi, commodatus, communis, commuto, Comnenus, comœdus, compago seu compages, comparativus, comparet à pareo, compeditus, compegi, compendiosus, competitor, compilo, compitalis, complaco, complano, completus & complutus, complodo, complures, Complutum, compono, compoto, compotrix, computator.

Corripiunt Penultimam

Coædifico, coagulum, cobius, Cocalus, coccinus, cochlea, coctanum seu coctonum, coctilis, coctito, Co-
 dridæ, cœliacus, Cœlesyria, cœmeterium, cœnaculum, cœnaturit, cœnobium, Cœranus, Cœsyra, cogito, cog-
 nitus, cognomino, cohibet, coinquino, colaphus, Col-
 chicus, Colias, colicus, coliculus, coliphium, colla-
 crymor, Collatia, collegium, collibitum, colligo, col-
 lineo, collino, colliquiæ, collitus, colloco, colloquor,
 collutulo, collybui, collyrium, colobium, colocythides,
 colocasia, colonica, Colonides, Colophon, Colophoni-
 acus, coluber, colubra, columbulus, columen, coluthea,
 colymbades, Comari, comarus, comatulus, combibo,
 comedo, comessatio, Comicus, cominus, comiter, co-
 mitor, comitia, commaculo, commaticus, commemoro,
 comneo, commeritus, commino, comminer, commas-
 cula frontem, commigro, commemini, commilito, com-
 modo, Commodus, commolo, commonet, commoror,
 commovet, communico, commurmuro, comœdia, co-
 mœdiographus, compagino, compatres, comparo, com-
 pedes, comperendinor, comperit, compitum, Compi-
 talia, complacet, complices, complico, compluvium,
 comprecor, comprimo, comprobo, compulit, computo,
 computum sive computus ut vocant.

CON, COO

Producunt Penultimam

COncateno, conamen, conatus, concedo, conchy-
lis, conchyliatus, conchytes, concîdi à cædo,
concionor, conciliatrix, concivis, conclave, concludo,
concupinus, Condate, Condeus, condico, conditivus,
conditor & conditus à condio quartæ conjug. conditu-
ra, Condochates, Condrusi, condono, Condrusones,
conduco, condyloma, confido, configuro, confinis,
confio, confligo, confragosus, confregi, confusus, con-
futo, Congedus, Coniates, conjeci, conjectura, con-
jugalis, conjuro, conluco, connatus, connisus, connitor,
connivet, connubialis, conoïdes, Conopas, Conope,
conopeum saltem in prosâ, conquiro, conquisitus, con-
saluto, conscotinus apud Luciferum Calaritanum, Con-
sentinus, consepit, consido, consiligo, consobrinus, con-
solor, consopit, conspiro, consputo, Constantia urbs
Cypri contrâ quàm vulgò sentiunt, Constantinus,
Constantinopolita, constitutus, Consuerani, consuetudo,
consularis, consulatus, consumo, contages, Contigenus,
contradico, contribulis, contributor, contritus, con-
trucido, contrudo, contubernalis, contumeliosus, con-
tusus, convaso, conviva, convivo, & Convicinus, villa
de quâ in CC.

Corripiunt Penultimam

Concamero, Concani, concavus, concelebro, con-
chylium, conciliabulum, concilio, concino, concidi à
cædo, concolor, concoquo, concremo, concito, concip-
pit, concitus à cieo, concubia nox, concubitus, con-
cutit, condalium sive condylium annulus, condecoro,
conditor & conditus à condo tertiæ, conducibilis, con-
duplico, Condylea, condylus, confero, conficit, con-
fidentiloquus, conflabilis, conflagro, conflatilis, confodit
præsentis,

præsentis, confragus, congelo, congemino, congenitus, congero, congiarium, conglacio, conglobo, conglomero, conglutino, congredi, congreco, congratulor, conglylis, Conyades, conjicit, conifer, conrato, conqueror, consanguinitas, conscidi, consecraneus, consecro, consequor, consero, considet, consimilis, considero, consitus, consocer, consolido, consono, conspicilia, conspicit, conspikor, constabilit, Constantinopolis, Constantius, & ut verosimilius est Constantia urbs tum Helvetiorum tum Neustriorum, ac Constantia mulieris virtutisque nomen, constrepro, constupro, consulo, consutilis, contagio seu contagium, contabulo, contamino, contenebro, contero, conticet, conticinium, contigit, conterobromius, contemero, continet, continens, continuitas, contrarietas, contremo, contribulo, contubernio, contudi, contuli, contuitus, controversia, contumax, contumulo, convalidor, Convenæ, convitior, convolo, convolvulus, cooperit, cooperor.

COP, &c. ad COV

Producunt Penultimam

COpiatæ clerici, coquina, coquinus, coracinus piscis, Corali vel potiùs Coralli, Coranus, Corbeja, corbita, corbito, carbonas seu carbona seu corbana dixeris, Corcyra, Corcyræus, cordatus, Cordurus, cordyla, Corentinus, coriago, Coriolanus, Corinusa, Corisopitum, licèt multi brevient, Coritha equa, cornetum, cornicor, Corniculanus, cornutus, corona, Coronis proprium & appellativum, Coronea urbs, corono, Coronus, corporalis, corrado, corridet, corrivalis, corrivo, corrodo, corruda, corrugis, corrugo, corruptela, Corsea urbs singularis numeri, corticosus, cortina, cortinale, Cortyna seu potiùs Gortyna, Corvinus & corvinus, Coruncanus, coryletum, Coryneta, coryphæus, corytus seu gorytus, coryza, Cosaci, coscinomantia, Cosmianus, Cosura seu Cosyra, cothones, cothurnatus,

colhurnatus, Cotinusa, Cottianus, coturnices, Cotyto, covinus.

Corripiunt Penultimam

Copais lacus & anguilla, copia, coppatiæ seu cappa-
tiæ equi, copula, cophynus, Copronymus, coquinarius,
Corocesium, coracinus adjectivum, unde coracina sacra
apud S. Ambrosium, Coraxicus, corbula, Corbulo,
corchorus, Corcoba, Corcoras, cordicitus, cordolium,
Corduba, Cordula, Coresus, Corfinium, coriaceus,
Corioli, Coritus urbs, Cornelia, corneus, cornicen,
cornicina, cornipes, Cornificus, cornipeta, * Coroneus;
coronopus herba, Corope, corporo, corrigia, corrigo,
corripit, corrobore, corroco piscis, corrogo, Corseæ,
Corsica, Corycius, Corycus, Corydon, Corydus, cory-
lus, corymbifer, Corinthiacus, Cosconius, cosmicus,
cosmographus, cosmometria, Cossea, Cossion, cotaria,
Cothonides, coticula, Cotilus, Cötison, cotoneum po-
mum, cottabus, cottanum, Cottiaë Alpes, cottidie,
cotyla vel cotula, Cotyttaris anus q. ex Anthologiæ
libro secundo. [* *Tetrasyllabon, nam trisyllab. produc.*
Metam. l. 2. v. 96.]

CR, &c. ad CY

Producunt Penultimam

CRanea, Craneum Corinthi, Crapasea, crapulatus,
cratera pro crater, Cratesiclea, Cratevas, Cratinus,
creator, creatura, cremasteres, Cremona, Creophylus,
creopola, crepalocomus, seu potius cræpalocomus,
Crestona, Cretæus, Crethote, cretosus, Creüsa, Crimi-
nalis, crinalis, Crinismus, crinitus, Criona, Crispinus,
cristatus, Critobulus, Critolaus, Croatæ, ut hîc quoque
locum inveniat regula generalis, crocodilus, crocota,
crocuta, Croïtes, Cromyonesus, Cromyusa, Crossæa,
Crotoniatæ, Crotopus, cruciatus, crudelis, crumena,
crurulis, crustatus, Crustuminus, cteniatæ seu ctenia-
trus, Ctesiclides, cubile, cubitalis, cucufatus, (nam
Cucufas,

Cucufas, ut discimus ex Prudentino, duas priores corripit) cucullatus, culina, Cumæus, cuminum vel cyminum, cumprimè, cuneatus, cunila vel conila, cuniculinus, cunilago, Cunina, Cupave, Cupido & cupido, curialis, Curetes, Curiosolitæ, curiosus, Curopalates, curruca, curulis, custodit, custoditus, Cybelle sed apud Poëtâs, cybiæ pisces, cyclaminus, cyclopædia, cycladatus, Cyclopes, Cyclopeus adjectivum, licèt Poëtæ corripiant, cycneus, Cydoneus, cytes lapis, Cyllene, Cyllonium scelus, reperias quoque per iota tantùm, sed rariùs, Cymodocea, cymosus, Cynægurus, Cynapes, Cynetea, cynopenæ, cynomyia, Cynopolitæ, Cynossema, Cynosura, Cynurus, Cyparissiota, cyperis & cyperus, Cyprianus, cyprinus piscis, &, ut sentio, etiam cyprinum æs seu metallum haud dubiè è Cypro, cyprocandelum, Cyretæus, Cyrene, Cyrinus, Cyrineus, Cyrcilus, Cyrtona vel Cyrtone, Cytæa, Cytainus, Cythera, Cythere, Cytherea, Cythereis, & * Cythereus, Cytorius mons & fortè etiam Cythinas, Cyzicenus. [* Cythereus nusquam reperio: fortè loco ejus reponend. Cytheris nom. Meretricis à Cornel. Gallo adamatæ, de quâ Serv. Virg. Eclog. 10.]

Corripiunt Penultimam

Cranae, Cracovia, Cranaus, cranium, Cranonius, crapula, Crassitius, Crassopolis, crastinus, cratægonon, Crateas, Craterus, craticula, Cratides, Cratisthenes, Cratylus, credentia, credibilis, creditor, credulus, Cremera, cremium, Cremyon, Creontiades, creophagi, Creophilus, creperus, crepida, crepitaculum, crepito, crepundia, crepusculum, Crescentia, Cretenia, Creticus, criminor, Crinagoras, criobolium, Criotheus, Crispulus, Critias, criticus, Crøbyalus, crobylus, croceus, crocias, crocinus, crocio, crocito, crocodilinæ ambiguitates, licèt * malè quidam producant, crocotularius,

[* Ita censet fortasse, quia Græcum est κροκοδείλιος, nam Latina in inos, quæ ab animantibus orta, producunt penult. qualia equinus, anserinus, &c.]

rius, cronia sacra, Cronides, cronium mare, Crotale, crotalistris, crotalum, Crotopiades, crucicola, crucisalus, crumeniseca, crurifragus, Crustumeri, Crustumius, crypticus, cryptoporticus, crystallinus, crystallophanes, Cteatus, Ctemene, Ctesias, Ctesibius, Ctesicles, Ctesiphon, cubiculum, cubital, cubitus, cucubo, cucullia, cuculliunculus, cuculo, * cuculus avis, cum enim producitur geminandum lambda censeo, cucuma, cucumer vel cucumis, cucurbita, cucurbitinus, cucurio, culcitra, culeus, culicilega avis, cumatilis, cumbaria, cumera, cumulo, cumulus, cunabulum, cuniculus, cupedia, cupidus, cupressinus, Curcodomus, curculio, curcuma seu curcuba, Curiatius, curio & Curio, Curonotus, curriculum, cursito, cuticula, Cyane, Cyanee, cyanus, cyathus, Cybale, Cybele, cybium, cyceon, Cyclades, cyclicus, Cycloboras, Cydonius, Cyllarabes, Cyllarus, Cyllenius, cymotilis, cymbalum, cymbium, Cymodoce, Cymothoë, cynara, cynegetica, Cynegetæ, cynicus, cynocardamum, Cynocephali, cynolycus, Cynopolis, cynorrhodon, cynosbaton, Cynoscephalæ, cynosophion, cypriaca, Cyprius, cypressinus seu cyparassinus, Cypsela, Cypselidæ, Cypselus, Cyrenaïca, Cyreschata, Cyriacus, Cyrinia, Cyrion, Cyrnaïcus, cyrnea vel cirnea, Cyropolis, Cytheriacus, Cytherius, cytinus, cytisus, cytoriacus, Cyzicus. [* At censent alii aliter ad illud Hor. sat. 1. 7. 31. ubi vulgò cucullum. Gallic. Interpr. in usum Delph. potius cuculus. Bersmanus ait ita habere M. sc. Taubman. ad illud Plaut. Pseud. A. 1. S. 1. Quid fles, cucule? ubi secunda prod. contendit scribi debere unicâ l. Idem etiam vult Aldrovand. l. 5. Ornitholog. Solus Autor. Philomel. corrip. penult. at quis ille? Aldrovand. quidem versum citat ex Martiale, ubi etiam ille corrip. sed is versus in exemplaribus, quæ nos habemus, Martialis nusquam loci reperiendus. Nihilominus verò ut libet loquenti.]

DA

Producunt Penultimam

DACRYANUS, dactyliotheca, dactylitis, Dafrosa, Dagusa, Damascenus, Damasenus, Damasiton, damnatus, damnosus, Damoclidæ, Damcetas, Damonius, dapalis, daphnitis, daphnoïdes, dapino verbum ad imitationem τῆ propino à Comico effictum, Daranites sinus, Dareum seu Darium urbs, Darianes, Daria Martyr, quamquam aliqui corripiant, Daritis regio, Darius rex, & ab eo dicti darici stateres, datim, Datianus, * Davidis passim enim clementum nominis David producunt. [* Apollinar. in Psalm. format à Nominat. Δαυῖδος, Gen. Δαυίδε, Dat. Δαυίδω, Acc. Δαυῖδον, nusquam aliter.

Corripiunt Penultimam

Dacia, Daccius, dactylicus, dactylus, Dædalus & dædaleus saltem sæpius, dæmonium, dæmoniacus, Dalila, Dalmatæ, dalmatica vestis, Damagetus, Damalio, Dammalis, Damaretus, Damaris, Damaseius, Damasistratus, Damasus, Damastorides, Dameas, damnificus, damngerulus, Damocrates, Damocles, Damocrita, Damogeren, Damophila, Damophon, Damostratus, Damoxenidas, Damoxenus, Danaë, Danaïdes, Danaüs, Dania, Daniel, danisticus, Danubius, Daphnitica porta, dapiifer, dapsilis, dardanarius, Dardanees, Dardanides, Dardanus, Darmarius, Dascylus, Dasius, dasypus, Davenportia, * Davidis, ut quidam, Davidicus, Daulius, Daulius, daucia, sive dotia. [* Nec sine caussa fortasse, sic enim corripiunt penult. παρτίδος à παρτίς, ἀσπίδος ab ἀσπίς, at κρημῖς κρημῖδος, κρητῖς κρητῖδος; ut libet igitur.]

DE

Producunt Penultimam

DEcadorum, decalecatum, decanus, Decapolitæ, decedo, Decelea, decelicum acetum, decemviralis, Decianus, decido à cædo, decimanus, declamator, declamo, declino, declivis, decervico, decoloro, decorus, decretales, decrevi, decretum, decumanus, decussatim, deduco, defatigo, defigo, definit, defloro, defregi, defrigo, defrudo id est defraudo, defrugo, deglubo, deglutit, Dejanira, Deïdamia, Deïopea, Deïopites, Deïphuta, delabor, delator, delego unde delegatus, delevi, delenit, delibo, delibutus, delicatus, delimo, deliro, delirus, delphinus, Deltoton, delubrum, deludo, delusor, Demaratus, demirror, Democedes, Demodorus, Demonax, Demonesus, Demonica, Demonicus, demuto, denaso, dendrachares, dendritis, dendroides, denticulatus, denudo, Deois, deoro, depalo à palis, depeculor, depilatus, deploro, deplumis, depono, depontanus, depravo, depromo, depubes, depuro, depygis, Deradiotes, derado, deridet, derisor, Deritus, derivo, Dertona, deruncino, descobino, describo, desidiosus, desido, desolo, despero, despumo, desquamo, desudo, desuetudo, desuetus, detritus, detrndo, devito, devolutus, devoto, apud S. Augustinum, Minutium, aliosque mediæ ævi scriptores, devotus, deuro, dextrale.

Corripiunt Penultimam

Deamo, deambulo, debilis, debilito, debitor, deblatero, Debora & Debbora, si quidem vulgi pronuntiationem probas, decalantico, decalogus, decania in astrologis, decapulo, Deceleus, decido & decidi à cado, decipit, decircino, Decemviri, decempeda, Decetia, decimus,

E

declamito

declamito, decolor, decoquo, decoquus, decoro verbum, nemo enim producere doctus attentet, decortico, decrepitus, decuplex, decuplico, decutit, dedecoro, dedecus, dedico, deditus, dedolo, deficit, defioculus, deflagro, defodit præsentis, defore, deforis, defrico, defrutum, degener, degenero, deglabro, deglutino, degrado, degrandino, degravo, degulo, deicolæ, dejero, dejicit, Dejope, Dejoces, Dejotarus, deipara, Deiphilus, Deiphobe, Deiphobus, Deipyrus, deividi, deitas, dejugo, delenificus, deletilis, Delia, delibero, delibro, ne te in fraudem pertrahant imperiti, deligo, delino, delfica vel delphica, de quâ Glossarii, Delphidius, Delphicus, Delphiticus, Demades, Demænetus, demarchia, Demea, demeritum, demeto, Demetrias, Demetrius, demigro, Demipho, Democides, Democoon, Democles, Democritus, Demochares, Democrates, democratia, Demodocus, Demoleon, Demophilus, Demopolis, demoror, Demosthenes, Demoteles, Demylyus, denarius, denato, dendrolachanon, denigro, denique, denomino, denoto, dentifrangibulus, dentifricium, dentilegus, Deodatus, deosculator, deperit, depilis, depilo, depopulor, depositus, deputo, Derbies, Dercetis seu Derceto dea Syria, Dercyllidas, Dercylus, Deriades, deridiculus, deripit, derogo, deseco, desero, desidero, desidēt, desilit, desino, desipit, desitus, despicit, despicio, Despota Servix, &c. destino, destrigo, desuper, detego, determino, detero, deterrimus, detestabilis, detinet, detono, detruncino, detumet, Deucalion, deveneror, devenit præsentis, devirgino, devius, devoco, devolo, devoro, devovet, Deus-dedit, deuterias, deuteronomion, dextera, dexteritas, Dexiphanes, dextimus, dextrocherium, &, ut arbitror, Dexecratus Consul.

DI

Producunt Penultimam

Dlabete, diabetes, diachylon, Diacopene, Diacrea, diacyminon, diadema, diæta, Diana, diaporesis, diastema, diatheca, diatreta vasa, Dicæarcheus & Dicæarchia, quamquam apud Strabonem & Pausaniam eam quoque corripiat, dicolos, dichoreus, Dicteus, dictamum, Dictyna, dictyton, didoron, diduco, Didymæus, Didymaon, Didymoticos, Diene, dieteris, diffamo, diffido, dilabor, dilato, dilatus, dilorico, dilucet, diludo, dilutus, dimano, dimisi, Dindymene, Diocæsarea, diobolaris, Diodorus, diœcesis, diœceta, Diogenianus, Diognetus, Diomedes, Diomedeus, diognysus, Dionanum, Dione, Dioneus, Diopites, Diores, Diosemus, diota, Diotimus, diploma & diplomum, dip-ton, Dircæus, diremi, Diriadotes, discedo, disciplina, discludo, discretus, discrimen, discriminale, discludo, disemus, displodo, displosus, dispono, disquiro, dissolutus, dissutus, distributor, divino, divinus, Divionum, divisi, divisim, Divodurum, Dizerus, quibus adde diphyrges, id est biscocum apud Medicos, & Dioscuri, id est Castor & Pollux.

Corripiunt Penultimam

Diabathra, diabateria, diacodion, diacrocum, diabolus, diaconus, diaconia, diaconicum, diaconium, dia-cecaumene si Latinè proferas, Diadochus, Diadumenus, diæresis, Diagoras, Diagoridas, diagraphon, dialectica & dialectici, diallage, dialogus, dialyton, diameter, Dianius, diaphanus, diarrhodon, diastasis, diastole, diasyticum, diatessaron, diathesis, diatriba, diaulodromi, dibaphus, dicaculus, Dicæopolis, dichotomus, Dicorus, dichronus, dicrotum, dictito, dicturit, dicymbalum, didascalìa, didascalus, didici, Didyme, Didymus,

mus, diecula, Diespiter, differo, differitas, diffibulo, difficilis, diffidi à fundo, digamus, Digentia, digero, digital, digitus, digredi, dijudico, dilapido, dilacero, diligens, diligo, dilucidus, diluculum, diludium, dimeter, Dindymus, Dinias, Dinocharès, Dinocrates, Dinolochus, Dinomachus, Dinomenes, dinumero, diobolum, Diocles, Diogenes, Dionia, dionysia festa, Dionysicles, Dionysius, Dionysophanes, Diopolis, Diophanes, Diophilus, dioptrica, Dioscorides, Dioscorus, Dioscurias, Diotrefhes, Diphilus, Diphryges, dipolis, diphthera, dipsachus, diptycha, dipyrus, diribitor, dirigo, dirimo, diripit, diritas, dirutus, directarius, discapedino, Disares vel Diusares, apud Tertullianum, discerniculum, discidi, discipulus, discobolus, discolor, discrepo, discrimino, discubitus, discutit, disgrego, disjicit, disparilis, desperit, dispicit, displicet, disputo, dissidet, dissilit, disseco, dissemino, dissero, dissimilis, dissimulo, dissipò, dissitus, dissonus, distermينو, distichum, distinet, distraho, distuli, dithyrambicus, Ditarus, divagor, divarico, diverbero, dividiæ, divido, divinitus, divito, Divona, diverticulum, diureticus, diutinus, diutissimè.

DO, &c. ad DY

Producunt Penultimam

Docimeum, docimites, dodecagonum, Dodechinus, Dodona, dodonæi lebetes, doctrina, doctrinal vel doctrinum, Dolichaon, doliaris, * dolosus, domicuca Juno, domicinale, dominicidæ, Dominus, Donnolenus, donativum, Donatus, Donyssa, Dorylaëum, Dorylaus, dormito, dormitor, dotalis, dotatus, Droctoveus ut quidam volunt, dromones, Duacum, ducalis, duceni, Duitæ, dulcia, dulcedo, dulcoro, dumetum, duobus, duodenus, duorum, Dymanes, dynastia, Dyrhachinus. [* *Huc adde dolones, telu quædam bellica. Virg. Æn. 7. 664. & Doionis G. à Dolon. Æn. 12. 347.*]

Corripiunt

Corripiunt Penultimam

Docela, dochimus, docilis, Doclea, dodecatemorion, doliarius, Doliche, Dolichus, Dolopes, dolorificus, dominicum, Dominicus, domesticus, dominor, dominus, domitor, Domnion, Domnolus, Donace, donicum pro donec, Doricus, Doridas, Dorion, Doricum, Dorostorum, Dorothea & Dorotheus, Doryclus, dorycnion, Dorydas, Doryphori, Dosiades, Dositheus, Dotadas, draconarii, draconigena, dracunculus, drapetæ apud Plautum, Drepanum, Dresia, Drevanus, Drizipara, drosomeli, Druentia, Druidæ, dromades, dromedarii, Dromeas, drungarius, Dryades, Dryantides, Dryopes, dryophonon, dryopteris, dubito, dubitantius, ductilis, duellicus, dulcacidus, dulciloquus, Dulichium, Dumnorix, Dunaam, duodecim, duodecimus, duplico, dupondium, durabilis, duracinus, duratæus, Duria, duribuccius, Duranius, duricors, durius, Dynamene, Dynamerum, Dynamius, Dyrhachium, Dysarchidas, dyscolus, dysenteria, dysentericus, dyspepsia, dyspnoicus, dysuria.

EA *ad* EI*Producunt Penultimam*

E ADEM in ablativo, ebionitæ, * Eboracum, Ebosita, Ebredunum, ebriatus, Ebroices populi, Ebroinus, Ebudes insulæ, Echemon, echeneis, Echetimus, Echinæ, echinometra, echinus, Echion unus è comitibus Cadmi, echites, ecphysema, ecpyrosis,

[* Ita fortasse Biturici Eboracum, quia ita solent Biturici: quid non igitur Angli Eboracum, ut solent Angli? Δωρίσθαι δ' ἕξει (δοκῶ) τοῖς Δωρίεσσι.]

ecpyrosis, ectroma, Edessenus, edico, Ediltrudis, Edones saltem tutiùs, educo educis tertiæ, edulcoro, edulis, edurus, Edusa, effamen, effatum, efferatus, effigo, effusus, effutit, egenus, ejulatus, ejuro.

Corripiunt Penultimam

E A D E M in nominandi casu, Earinus, ebenus, ebeninus, ebibo, Ebion, Eborâ, Ebroicæ, Eburo, quamquam non desint qui producant, ebrietas, ebulus, eburneus, Ebusus, ecbasis, Ecbatana, ecbola, ecbolimus, ecclesia, ecclesiasticus, ecdici, Echebrates, Echedæ, Echelatus, Echemenes, Echemus, echemythia, Echembrotus, Echephron, Echepolis, Echestratus, Echetus, Echinades, echinopus, echion medicamentum è viperâ, Echionius, echoicus, eclipticus, ecloga, eclogium, Ecnephias, Ecprepes, Ecphrasis, ectasis, ectaticus, ecthesis, ecticus ut vulgò, meliùs enim hecticus, ectypon, Edgarus, edissero, Editha, editus, edocet, edolo, edomo, educo educas, edulium, Eetion, efferro, efficax, efficit, effœmino, efflagro, effodit præsentis, effugit, effugo, Egeria, egelidus, egero, Egnatius, egredi, egomet, egurgito, ehodum, ejaculor, ejicit, Ejon, * Ejoneus, eirisia, ejulo, ejusmodi. [* *Trisyllabon.*]

EL

Producunt Penultimam

E Labor, elaboro, Elæa, elæapola, Elais, elecatenes pisces, Elamitæ, Elani, Elatea, elatus, Elaver, licèt nonnulli corripiant, Eleale, Eleates, Eleazar, eleemon, elegatus piscis, elegi ab eligo, elegia, election, Eleleüs & Elëus adjectiva, elementaris, elæoselinum, Elephantine urbs, Elephantotheræ populi, Elephanor, Eleusinus, elichrysus, elido, elimatus, elimo, Elisa, Elisæus substantivum & adjectivum, elisus, Elone, Elorus, Elpenor, Eleutherolacones, Elvina,

Elvina, elucet, elucus vel helucus ut quibusdam placet, eludo, elutus, Elymais, Elymea, Elymiotæ.

Corripiunt Penultimam

Elaphebolion, elatæ palmarum in Cantico Cantico-
rum & apud Plinium, elatro, elatras, elavo, Electryon,
electuarium, electrina vasa, eleemosyna, Eleazarus,
elegans, elegiacus, elegidion, elegus, elecebra, eleleus,
substantivum, elelisphacus, * elephantiasis ut vulgò,
elephantinus, quamvis repugnent nonnulli, elephas,
Elesbaam, Eleucadius, elevo, Eleusipolis, Eleuthera,
Eleutherius, Eleutheropolis, Eleutherus fluvius, Elia-
des, Elias, elicit, elices, elicius, eligo, elimino, eliquo,
Elizabeth, elleborum, Ellopia, ellychnium, elogium,
eloquens, eloquor, Elorius, Elpidophorus, elucido,
elutrio, Elymas, Elysium, Elzear & Elzearus. [* *Nam
sunt, qui volunt produci, ut aliæ voces in ιασις, qualis
est ἐσίασις apud Athen, l. 4, c. 17. ἡδ' ἐσίασις ἰσχυράδες
καὶ σίμφυλα.*]

EM, EN

Producunt Penultimam

EMano, emblema, emeditatus, emendico, Emera-
mus, Emericus, Emesenus vel Emisenus, emirror,
Emodæ, Emodus, emortualis, emphyteosis, empusa,
emugit, emunit, emutit, enargia, enchoræ aves, ener-
gema, energia, encyclopædia, endelechia, enitor, En-
neacrurus fons q. enneadecaeteris, enneaphonos echo,
Ennianus, Ennosigæus, enodo, enodis, enotatus, entero-
cele, enthymema, entheatus, entheca, Entimus, enubo,
enutrit, enudatus, Enyo & Eobanus, ut quidam sentiunt,
alii enim corripere malunt.

Corripiunt Penultimam

Emancipo, Emanuel, emargino, emasculo, Emathia, Emathion, embole, embolimus, embryon, Emerita, emeritus, Emesa vel Emisa, emico, emigro, Emila, eminet, eminus, eminulus, Emmaus vel Emaus, Emmelia, emolo, emovet, Empedocles, empeneticen facere, Emperamus ut videtur nonnemini, empetron, emphanistica, emphasis, empiricus, emporeticus, emporium, rariùs enim penultima diphthongo apud Græcos scribitur, emptito, empturit, * empyrium cælum, emucidus, Enæsimus, enato, enavigo, encardia, encaustice, Enceladus, enchorii, enchiridium, encheleæ, enclitica dictio, ercolpium, encomiasticus, encyclicus, endiadys apud Grammaticos, endromis, Endymion, Engonasis vel Engonasin apud Astrologos, eneco, energumenus, enhydros, Enipeus, enitet, eninata, enope, ensiculus, entheus, entypa, enucleo, ennumero. [* Gr. dicitur ἐμπύριος & ἐμπυγαῖος.]

E P, E Q

Producunt Penultimam

E Pagoge, Epaminon, epanadiplosis, Epaphroditus, Epæus vox trisyllaba, ephebus, ephebius, ephemerota, ephrathæus, Ephyræus adject. ephesinus, epicherema, Epiclidas, Epictetus, Epicuræi, Epicurus, Epycides, Epidamneus, adject. Epimethis, Epinicus, Epirota, Epirus, epiphonema, * Epiphania, urbs & festum, ubi sumitur in sing. numero, Episcopium, saltem ubi de loco erit sermo, epityron, siquidem oriatur ex caseo, epiurus, hoc est clavus ligneus, epodon vel epodos, epomis doctorum, Ephraimita, Epope Corinthi, epoto, equiformica, equile, equinus, equisetum, equiso, equitatus, quibus multi addunt Ephrata. [* Festum dicitur potiùs in pl. τὰ ἐπιφάνια.]

Corripiunt

Corripiunt Penultimam

Epagathus, Epænetus, epanaphora, epanodus, epaphæresis, Epaphras, Epaphus, Eparchides, eparchia, Epebolus, epectasis, ependytes, epenthesis, ephebia primæ declinat. ephemeris, ephemerus, ephesiæ literæ, Ephesus, ephippia, Ephorus, Ephraim, Ephrata, quemadmodum Artaxata, &c. Ephyre, epibatæ, epibathra, epicedium, Epichaïdes, Epicaris, epicombia, epichysis, Epicrates, Epicnemidii, epicrocum, epicus Poëta, Epicuridas, Epidaurius, epidemia, vel, ut vulgò, epidimia, epidemicus, epidicticus, Epigenes, epigoni eorum qui Thebas obsederant, epigrammatographus, epigraphe, epilepsia, epilepticus, epilogus, Epilycus, Epimachus, Epimelides, Epimenes, epimonia, Epimenides, Epimetheus substant. epimetron, epimythion, epinicia, Epione, epipetron, Epiphanes, Epiphanius & * Epiphania, tum nom. femin. absque ullâ controversiâ, tum festum quoque, sed in plur. duntaxat numero, epiphora, Epipolæ, Epiroticus, epirhedium, episcopus, episodica, epistata, epistola, epistolium, epistomion, epistomis, Epistrophus, epistylum, epitaphium, Epitelis, epithalamium, epithema, epitheton, epithymum, epitoma, epitritus, Epizephyrii Locri, Epona, Eponymi, epocha in Chronologicis, epopes, Epopeus, Eporedia, epulæ, epulo, epulor, Epytides, Epytus. [* Gr. est ἐπιφάνεια & ἐπιφάνια.]

ER, &c.

Producunt Penultimam

E Radico, erado, erasinus, erasus particip. erecthæus adject. Erecthidæ, eremita, eremus, erenæa, erempo, eretinus, eretum, eriginus, eriboëa, ericates, erice frutex, ericus, ericusa, erigdurus, erigonum, eriopis, eriphyle, eriphyleus torquis, eritus, ermenfridus, erminus,

minus, erotianus, erotis, erotema, erraticus, eruca, erugo, erupi, erycina, erynises, erythia, erythinus, crothraeus, esculetum, eserninus, esromus, essen, esurialis, eteocretes, eteonicus, eteonus, ethemon, Etheocleæ inimicitia.

Corripiunt Penultimam

Eradicitus, Erasistratus, Erasmus, Erate, Erato, Eratosthenes, crebus, eremeterium, eremia, eremigo, eremodicium, Eretria urbs Eubæa, ad quam se recepit Pisistratus, creuthedanon, ergane, ergasterium, ergastulum, Ericthonius, Eridanus, erigeron, erigo, Erigone, erinaceus, erioxylum, Eriphus, eripit, erithacus, erysipelas, ergo, Erotheis, Erothion, erraticus, erudero, erudit, ervilia, eryngium, erinnyes, Erythras & Erythræ, Eryximachus, Esaias, Esau, si dissolvas ut vulgò fit, escharion apud Medicos, esculus, esculeus, Esernia, Essedones, essedum, esito, esulæ, esurit, Eteocles, Eteonia, etesiæ venti, etenim, Ethalion, ethice, ethicus, ethologus, Etruria, etymologia, etymologicum magnum, etymologus, etymon.

EU

Producunt Penultimam

EVado, evagino, evaporo, Evathlus, Eubulus, Euchenor, Euclia, Euclides, Eucletus, Euctemon, Eudelus, Eudemus, Eudora & Eudorus, Euelgea, Euelidus, Euepor, Euenus, Euermodus, Eugubinus, evici, eviratus, evito, Eumeces, Eumedes, Eumæus, Eumelus, Eumenia urbs, Euneus, eunuchus, evolutus, Euphranor, Euphrates, Euphemus, Eupolus, euripus, Eurome, Europa, Europas, Eurotas, Eurycida, Euryclea, Euricydes Archon Athenis, euscheme Plautinum, Euthene, Euthydemus, Euthymus pycta, Euxinus pontus.

Corripiunt

Corripiunt Penultimam

Evagon, Evænetus, Evagor, Evagoras, Evagrias, Evagrus, Evamerion, Evangelus, evangelicus, evandus, Evantidas, Euboïcus, Eubulides, Eucarpia, eucharistia, eucharisticon, Eucheria & Eucherius, euchologium, Euclio, Eucrates, eucticus, Eudamidas, Eudicus, Eudocimus, Eudoxia & Eudoxius & Eudocia, Euelides, Euemerus, evenit præ. eventilo, everbero, Evergetæ populi, Evergetes Ptolemeus, Eugenia & Eugenius, nam in priori hallucinantur nonnulli, Eugenii, eugepe, Eugippius, Eugraphus, Eugubium, Evias, evidens, evigilo, eviscero, evius, eulogiæ Christianorum, Eulocius, Eulabia & Eulabius, Eulalia & Eulalius, Eulampia & eulampius, Eulogus, Eumachus, eumelia, Eumenes, Eumenides furia, Eumenia & Eumenius, Eumolpidæ, Eunapius, Eunomia & Eunomius, evoco, evohe, evolo, evomo, euonymus, Evoras, eupalia, Eupator, Eupatoris urbs, eupatorium herba, Eupatria, Euphaes, Euphemia, euphorbium, Euphorion, Euphorus, Euphrasia, Euphratesia, Euphrosyne, euplocamus, Eupolimus, Eupolis, Euporia, Euporius, Euprepus, Euripides, Eurocerias, Eurcaquilo, Euronotus, Euryalus, Eurybates, Eurybiades, Eurybotus, Eurycles, Eurycrates, Euryeratidas, Eurydamas, Eurydice, Eurylochus, Eurymachus, Eurymedon, Eurymene, Eurynome, Eurypontidæ, Euryptolemus, Eurypylus, Eurysaces, Eurysthenes, Eurythmia, Eurytion, Eurytus, Eusebia & Eusebius, Eustathia & Eustathius, Eustratius, Eustochium & Eustochius, Eustolia, Euthalia & Euthalius, Euthias, eutrapelia, Eutrapelus, Eutropia & Eutropius. Hæc enim feminina masculinis placuit adungere, quòd nonnulli hæc in parte maximopere cæcutiant, ut codices ipsi Græci fidem faciunt iis, qui eos volvere solent; sed de istis plura alibi dicta sunt à nobis, Eutyches, Eutychides, Eutyclus in Actis, Euthydicus, Euthymacus, Euthymenes, Euthyphron, Euxenus.

EX, &c.

Producunt Penultimam

EXaffilo, exagoge, exaluminata pellis, examen, exanthema, exaret ab areo, exauctoro, excalceatus, excedo, excidi à cædo, excitus à cio 4tæ. exclamo, excludo, excolo excolas, 1. excudo, excuso, exedi, exequalis, exesus, exhæredo, exhonoro, exhalo, exilis nom. adject. exinanit, Exitani, exitialis, exocataceli seu exocatacæli in Ecclesiâ Constantinop. exoletus, exomologesis, exoro, exosus, Exoda, expeculiatuſ, expedituſ, expilo, expiro, explano, explodo, explorator, exploro, expono, **expromo**, Exquilinus, extispicina, extremus, extrico, ne in fraudem te patiaris induci, extrudo, exudo, exugo, exuro, & fortè alia composita, si quæ nos fugerunt, quibus addi debent Ezechielius Poëta, & Ezelinus.

Corripiunt Penultimam

Exædifico, exaggero, exagito, exagium, exalbidus, examino, exaro, exascio, exaspero, exaturo, excarnifico, excarnificor, excavo, excetra, excerebro, excido à cado, excitus à cieo, excipit, excipula, excito, excogito, excolo excolis, excommunico, excoquo, excreo, excubo, excutit, execo, execror, exedra, exedo, exegematicus, exentero, exercipes, exequor, exequiæ, exero, exfibulo, exhibet, exhilaro, exigo, exilit, eximius, eximo, exilium, exitus, existimo, exoculo, exodus, exodium, exomium, exonero, exorbito, exosculor, exoticus, expectoro, expedit, expergitus, expeto, expolit, exporrigo, expositus, expostulo, exprimo, exprobro, Exquilix, exsaturò, exscreo, exstasis & exstaticus ut q. scribere amant, exsibilo, exstimulo, exsuscito, exterebro, exteri homines, extermino, extero, exterritus,

exterritus, extimus, extrilidus, extubero, extudi, extuli, extumulo, exubero, exulcero, exululo, exulo, Exuperius, exupero, exuviæ, Ezechias Rex, & Ezechiel Propheta, & contrà quàm plerique omnes post Calepinum, Thesaurum Linguae Latinæ, Pareum in Lexico Plautino imperitè censent, etiam nomen excetra, id est hydra, ut pluribus docemus in Elencho Prosodico, integro, aut in Appendice ad hos Catholicos Indices.

FA, &c.

Producunt Penultimam

FABALIS, fabetum, Fabianus, facetus, facinorosus, fæcosus, fæcutinus, Fagatal, falcatus, Fainas, ut quidam volunt, famigerator, familiaris, famosus, famularis, Fantinus, farcimen, farina, farrago, farturâ, fastidit, fastigatus, Fastredus, fatalis, fatigo, Faventinus, Favernacum, Favorinus, Faustina, Faustinus, febriculosus, fecialis, Federicus, fenestralis, feralis, Ferentini, feriatu, ferimur à ferior, ferinus, ferrugo, ferrumen, ferulago, Fescenninus, festino, festinus, festuca.

Corripiunt Penultimam

FABARIS, Fabrateria, fabrica, fabrico, facilis, facinus, factito, facula, fæmina, Fæsula, faginus & fagineus, falarica, falciger, Faleria, falsiloquus, falsitas, famelicus, famulor, famulus, fanaticus, Fandila, Farfarus, farferum virgultum, Farsina, fartilis, Fascellina, fasciculus, fascino, fascino, fasciola, faseolus, Fasiolus, fatidicus, faticanus, fatiloquus, Fatua, fatuitas, Faventia, Favonius, favorabilis, febricito, febricula,

febricula, februens, februa, Felicitas, Felicula, Felsina, fenoles seu potiùs phenoles, Feralia, ferculum, Feretrius, feretrum, Fergeolus, feritas, ferimur à fero, feroculus, Feronia, Ferreolus, ferriterus & ferritribax, voces Plautinæ, ferrumino, Ferrutio, * fervefacit, fêrula, festivitas, festucarius. [* *Nostrates tamen docentur dicere fervefacit penultimâ acutâ.*]

FI, &c.

Producunt Penultimam

FIbrinus, ficetum, ficosus, fidelis, Fidenæ, Fidentinus, figlina, figularis, figura, figuro, filatim, filicata patera, fimetum, finalis, finitor, firmamen, Firminus, fiscalini, Fiscanum, fissura, fistuca, flagitiosus, flagricida, Flavianus, flavialis, Flavitas, Flavona, flexibula apud Quintilianum libri primi capite quinto, flexura, floralis, Florianus, Florinus, flortus à verbo florio quartæ, & Florida Americæ Septemtrionalis Provincia, ut quidem proferunt eruditissimi homines, fluctuatim, fluctuosus, Flustates, fluvialis, focale seu à foco seu potiùs à faucibus, focaris, fodina, fœderatus, fœneratur, fœnile, fœtura, foliatum, Fontanus, Fontei, nisi dissolvas, foramen, foratus, formales seu formatæ epistolæ, Formianum, formica, formicinus, formido, formidolosus, formosus, fortitudo, fortuna, Fortunatus, fortuna, fossatum, sic fortuito & fortuitus apud doctos saltem variant penultimam, quæ vulgò corripitur solet.

Corripiunt Penultimam

Fibula, ficedula, ficeliæ, fictilis, fidelia, fidicen, fidicina, fidiculæ, Fidius, fidolus & Fidulus, figulus, filiolus, finitimus, firmiter, fiscina, Fisera, fissilis, fistula, flaccidus, flagito, Flamines, flaminica, flammigena, flammigo, flammivomus, Flavius, flebilis, femina morbi q. genus, flexanimus, flexilis, flexilo-

quis,

quus, flexipes, Florentia, Florida, nomen proprium virginis apud Gregorium Turonensem, floridus, floriger, florilegus, Flosculus, flectifragus, fluctivagus, flüentisonus, fluidus, fluviatilis, focanëus, focaria, focus, fodicus, fœdero, fœdifragus, fœliciter, fœnebris, fœnero, fœniculum, fœniseca, fœtidus, Folia nomen proprium & folia appellativum, folliculus; follico, fontigena, forica, foriolus, Formiæ, fornacalia festum, fornico vel fornicor, forsitan, foruli.

FR, &c.

Producunt Penultimam

FRagosus, fratricida, fratruelles, Frentani, Fridolinus, Frigidianus, frigutit vel fringutit, frondator, frondosus, Frontinus, frugalis, frustillatim, frutetum, fruticosus, fucatus, fugitivus, fulguritus, fuligo, fuliginosus, fumosus, Fundanus, funale, fundator, funeratus, fungosus, & ut quidam sibi videntur elicere ex versu Plauti in Trinummo actu 4. scenâ 2. etiam funginus, * licèt repugnet analogia, atque hujusmodi tetrametri trocheum non semper aversentur, furinum forum rectè, furialis, furiatus, Fursëus ut quidam asserunt, furtivus, Fusciculenus, Fuscina nomen proprium & Fuscinus, futurus unde adfuturus, profuturus, &c. [* Non repugnat analogia, cum Latina sit vox.]

Corripiunt Penultimam

Fragilis, framea, fraterculus, fraternitas, fratria, fraxinus, Fredegarius, fremitus, friabilis, frigidus, frigoretici, frigorificus, Frisia, frivolus, frondifer, fructifico, frugifer, frugilega avis, fruitus, Fructulus, Frusino, frutico, fugito, fulgetrum, fulgidus, Fulginia, fulguro, fulica, fullonicus, fulmino, fumidus, fumifer, fumigo, funambulæ, funditor, funditus, funebris, funero, funiculus, furcifer, furcilis, Furconium, furfurëus, funculus,

runculus, fuscina nomen appellativum unde fuscinula, Fusidius, fusilis, futilis.

G A, &c.

Producunt Penu'timam

GABAONITÆ, Gabdela, Gabeni, Gabinus, Gaditanus, Gæsati, Gætuli, gagates, gagactites, Galatea, Galaulates, galbanatus, Galdricus, galeatus, Galenus, Galeotæ, galeotes, galerita, galeritus, galerus, Galesus, Galfridus, Galganus, Galilæa, Gallicanus, gallina, Gallita, Galterus, Gambuca, gammoides, Gandavum, gangetis & gangitis, gangræna, gannatura, gannitus, Gannodurum, Ganymedes, Garganus mons, Gargilianus, gasterochiræ, Gastrodora, gastromantia, Gatheatas, Gatianus, Gaudefridus, Gaudivinus, Gaufridus, Gaugericus, gavisus, Gauranus, Gauzanitis, Gazorus, Gebusæi, Gedrosi, Geisericus, Gelanor, gelasianus, gelasinus, Gellianus, Geloni, Gelois, Gemblacum, Geminus astrologus ille, de quo R. P. Petavius recondita protulit in Uranologiâ, licet passim corripitur ab iis, qui Græcè non norunt, gemmatus, gemmiliones, Genabum, Genaui seu Genauni, generatim, generosus, Genetëus, Geneva, genialis, genitalis, Genouefa, gentiana herba, gentilis, genuale, geodætes, geomantia, Gephyra, Gephyrote, Geranea, Gerasenus, Gereia, Gerenus, Gergites, Germanes, Germani populi, Germanicea civitas, germanus, Gertrudis, gerundivus, gestamen, gestator, gestuosus, quibus adde gerontocomium.

Corripiunt Penultimam

Gabala, Gabali, Gabaon, gabatæ, Gabbara, Gabbatha, Gabinius, Gabriel, Gadara, Gætulicus, Galatæ, Galatia, Galation, galactopotæ, galaxias circulus, galbanum, galbula, galbulus, galericus, galerius, galgulus, gallicæ, Gallicinus, Gallicus, Gallinaria, Gallogræcia, Gallœcia, Gamale, gammadium, gammarus, ganea & ganeo, Gangaridæ, Gangeticus, Garamanticus, Garamas, Gargaphia, Gargarus & in plurali numero Gargara, Gargetius, Garricus adject. garulitas & garrulus, Gasachia, gastrimargia scribitur enim absque diphthongo, Gastronia, Gavali, Gaugamila, gavia, Gauleon, gausape, gausapinus, gauzeticus, gazophylacium, Gelduba, Gedeon, Gelasius, gellidus, gellunculus, gemellio, gemellipara, gemino, geminus, gemitus, gemmifer, Gemoniæ scalæ, genealogia, genealogus, Genesareth, genesis, genethliaca, geniculator, geniculum, genimen, genitabilis, genitor, genitrix, genius, * Genosus, Gennadius, Gennaïdes deæ quæ & Genthylides, gentilitas, Gentius rex, Genua, geodæsia, geographia, geographus, geometer vel geometra, geometria, geometricus, geoponica, georgica, Georgius, Gepidæ, Gerara, Gerasimus, Geremarus, Gereon, Gergonia, Germania, Germanicus, germino, geronticon, Gervasius, gerulus, Geryon seu Geryones, geryonaceus, Gessominus, gesticulator, gestito, Gethsemani, Geticus, Getulicus, quibus additur à Scaligero † Geneva. [* Genosus fortè melius penultimam produxerit, quemadmodum Nonnosus : ita Labb. in appendice ; sed quid Genosus ? quid Nonnosus ?]

[† At aliter multi. Vide supra penult. prod.]

GI, &c.

Producunt Penultimam

Gigantæus, Gigonus, Gilduinus, Gindanes, Gindareni, giogiva, Gislenus & Gislinus, Gizericus, glabretum, glacialis, gladiator, Glandomerum Gla

nianus, glaucoma, glaucopis, globosus, glossema, glutitus, Glycerodes, glyciside, glycyrrhiza, Gobarene, Godefridus, goëtia, Gomatruda, Gomorrëus, Gonatas, gonorrhœa, Gordianus, Gordieum, Gortyna, Gortynis, * gorytus seu corytus, grabatus licèt Græcè brevietur, Gracchuris, gradatim, Gradivus, Græcolonus, grallator, gramosus, Granata, granatum, Granicus, Gratianus, gravatè, gravedo, gregalis, gregatim, Grisones, Gronëa, Grynëa, Grynëus adject. Guinocus, Guletum, gulosus, Gulusa, Guntherus, guttatim, gutturosus, Gygëus adject. gymnopædia, gynæceum, gynæcones, gypsatus, Gypsëis, Gyræ petræ, Gyrtona, Gythëum, Gytheates, Gyzaceni. [* Gr. γωρυτός. Lat. corytus.]

Corripiunt Penultimam

Gigantomachia, gingiber seu gingiberi, Glabrio, gladiolus, glandifer, glandium, glandula, Glanycus, Glaphyræ, Glaphyrus, glaucinus, glicito vel glaucito, glomero, glorifico, glossographus, glossarium, glossopetra, glotero, glutinëus, glutino, Glycera, Glyceria, Glycerium, glycimerides, Glyconicus, Gnaphëus, id est fullo, cognomen hæretici, contra ineptam multorum opinionem, qui diphthongum etiam non verentur appingere, gnaruris Plautinum & Ausonianum, hoc est gnarus, Gnidius, gnomones, gnomonica, Gnosimachi, Gnoziacus, Gnostici, gobio, Gobryas, Golgotha, Goliath seu Goliath, Gordius, Gorgasus, Gorgias, Gorgippia, Gorgones, Gorgonius & gorgoneus, Gorgophone, Gortynius, gossipinus, Gothia vel Gotthia, Gothicus, gracilipes, gracilis, graculus, gradivicola, Græcia, Græcostasis, Græculus, graphicus & graphicè, sic graphium, sic enim semper Latini corripiunt, graphiarum, Grajugenæ, grammateus, grammatica, grammatophylax, grandipius, grandino, grandiscapiæ arbores, Gratianopolis gratifico, gratuito, gratuitus, gratulor, gravidus, graviter, Gregentius, Gregoras, Gregorius, griseæ vestes,

vestes, gromaticæ, grutarium, gubernaculum, Gudelia, Gudila & Guria quamvis repugnet Gavantus, Gumarus, gumia, gurgulio, guttulus, gutturnium, Gyarus, gymnasium, gymnastica, Gymnesiæ, gymnicus, gypseus, gypsinus, gyrovagi.

HA

Producunt Penultimam

HABENA, habitudo, Hadelinus, Hæbudes, hædile, hædinus, hæmachates, hæmatites, Hadrianus, Halæsus, halcyonea, Halizones vel Halizoni, Halone, Halonesus, Halmyrôtes, halteres, Hamartolus, cujus prænomen Georgius, hamatus, hamiota, Hammites, Harmenopulus, Harpalycea, Harpyiæ, haruspicina, Hasbytes, hastatus, hostile, haudquaquam.

Corripiunt Penultimam

* HABACUC, habilis, habitus, hactenus, Hadria, Hadrianopolis, hædulus, Haceldama, hæmatopus avis, hæmorrhagia, hæmorrhôis, hæredipeta, hæresis, hæreticus, hæsito, hagiographi, hagiomachi, Hagnagoras, Halberstadum, ut nonnemo asserit, quamquam possit produci, Haliæetus, halcyon & Halcyone, halicaccabus, Halicarnassæus, dissolvi quippe solet, nec umquam Græcis in penultimâ diphthongum exhibet, Halicarnassium vinum, Halice, halieutica, halinum, halitus, Halius, hallucinor, † Halyatticus, Hamadochus, Hamadryas, hamatilis, Hamaxobii, hammoniacus, hamula, Hannibal, Hannonia, hariolor, hariolus, Harmodius, Harmodotus, harmoge, harmonia, harmonicus, Harmonides, Harmonius, Harpagides, Harpagus, harpago nomen & verbum, Harpalus, Harpalyce, Harpagia pluralis

[* Ita vers. vulg. sed scribitur etiam Habakkuk.]

[† Sic dictus Crassus. Hor. carm. l. 3. od. 15.]

pluralis numeri, Harpasus, Harpocrates, Harpocratio, harugæ, Hasdrubal, & Heautontimorumenos Terentii, si quidem Latinè pronunties, aut Græcè, perinde enim est.

HE

Producunt Penultimam

Secundò, exploratum itidem est ἀνάθημα, quâ voce Judæis quodammodo propriâ (ut multis sanctus Hieronymus in commentariis ad caput primum epist. ad Galatas exponit) *extrema detestatio, exitium capitale, execrandum ac detestandum caput, Diisque Inferis devotum* significatur, penultimam corripere, ut in Veteris Testamenti Tabulis, & apud sanctum Paulum non semel occurrit; ut omittam usitatam Patribus Græcis damnandi hæreticos in Conciliis formulam ἀνάθημα ἔσω. Hinc ἀναθημαλίζω, *detestor, execror, abominor, diris devoveo*, pro quo apud Latinos usurpari *anathemo* docet Augustinus quæstione 41, in Librum Numeri. *Hinc dictum est Anathema, quòd detestabile & abominabile videatur. Ut enim nihil inde victor in usus suos auferret, sed totum in pœnam luendam voveret, hoc erat anathemare quod vulgò dicitur devotare. Origo autem est hujus verbi in Græcâ Linguâ ab his rebus, quæ votæ & persolutæ, hoc est promissæ & redditæ sursum ponebantur in templis ἀπὸ τῆ ἄνω τίθισθαι, hoc est, sursum ponere vel figendo vel suspendendo.*

Tertium,

Tertium, haud ita plerisque pervulgatum est ἀνάθεμα sæpe sumi ἀντὶ τῆ ἀνάθημα, & significare, ut ait sanctus Justinus Martyr, quæst. centesimâ trigesimâ primâ ad Orthodoxos, ἢ τὸ ἀφωρισμένον θεῷ καὶ εἰς κοινὴν χρῆσιν μὴ λαμβανόμενον, ἢ τὸ ἀπηλλοτριωμένον θεῷ διὰ κακίαν: cui consentit Suidas ἀνάθεμα καὶ τὸ ἀνατιθέμενον τῷ θεῷ καὶ τὸ εἰς ἀφανισμόν ἐσόμενον. Sicque in utroque sensu sacræ Paginæ vocem illam usurpant, cui in Hebræâ Dialecto respondet dictio *Cherem*, quæ longè sæpius per ἀνάθεμα quàm per ἀνάθημα redditur. Numerorum capite 29. καὶ ἐπεκάλεσεν τὸ ὄνομα τῆ τόπυ ἐκεῖνο ἀνάθεμα. Josue capite sequenti de subversione Hierichuntis, καὶ ἔσται ἡ πόλις ἀνάθεμα κῦτη καὶ πάνια. Et capite sequenti de Achane sacrilego, ἀνάθεμά ἐστιν ἐν ὑμῖν. Levitici capite 27. & ultimo in LXX. Interpretum Romanâ ac Plantinianâ seu Regiâ editione, πᾶν δ' ἀνάθεμα ὁ ἀναθῆ ἄνθρωπος τῷ κυρίῳ. Et paulò pòst, πᾶν ἀνάθεμα ἅγιον ἁγίων ἔσται τῷ κυρίῳ, &c. ad quæ sic commentatur accuratus vir Nobilius Flaminius: *Alii retinent verbum græcum Anathema. Docet autem Isychius differre Anathema à sanctificatione. Nam quæ sanctificata sunt, redimi possunt: quæ tamen Anathemati subjecta, non possunt. Sunt tamen, qui multum differre credunt ἀνάθεμα & ἀνάθημα. Sed in Codice Vaticano idem est, ἀνάθεμα atque ἀνάθημα.* Denique ut plura huc testimonia non congeram, in capite ultimo Libri Judith Aldina, Basileensis, Vecheliana, & quædam aliæ LXX. Seniorum editiones signatè habent verbum inter nos controversum ἀνάθεμα, ubi in Plantinianis Sixtianisque modò legitur ἀνάθημα, eodem tamen planè significatu, quamquam Latinus Interpres cùm de suo addidit vocem *oblivionis*, quæ à Græco textu multis abesse existimatur, videatur ad priorem lectionem respexisse potiùs, quàm ad alteram, adeoque favisse plurimùm iis, qui penultimam, non, ut vulgò fieri amat, attollunt, sed omnino deprimunt, non secùs atque in aliis omnibus

scripturæ locis, quæ Græcam hanc dictionem retinuisse noscuntur.

Quartum, ἀνάθεμα non solum significare τὸ ἀνατιθέμενον τῷ Θεῷ & quocumque modo sanctificatum, sed etiam illud ipsum, licet rariùs, quod *cherem* Hebræi vocant, & in hunc finem Deo consecrabatur, uti vel funditus deleretur tamquam abominandum & execrabile, vel saltem separatum remotumque penitus ab usu communi & commercio profanorum hominum, in locis dumtaxat sacris conservaretur: ut Theodoretus, Chrysostomus, Suidas, alique sancti Patres & Ecclesiastici Tractatores docent, quorum verba diffusius exhibentur capite 13. & sequentibus Miscellanearum ad Juliani opera Exercitationum adversus Salmasianam vocabuli hujus interpretationem. Inscitè ergo cum quibusdam arguas Aurelium Prudentium, dum de Achane verba faciens, cujus execrandum facinus refertur capite sexto Josue, hos effudit versus in Psychomachia:

*Succubuit capto victis ex hostibus auro,
Dum vetitis insigne legens anathema fuvillis
Mæsta ruinarum spolia insatiabilis hausit.*

Quintum denique ac postremum, tutò ubique in vulgato Bibliorum interpretè etiam citato capite ultimo libri Judith penultimam nominis *anathema* corripì posse, eorumque damnandam inscitiam, qui corripientes redarguunt.

His à longo jam tempore scriptis, adeoque & prælo subjectis, sed propter innumera menda, quæ in Auctoris absentia supina Typothetarum Correctorisque invexerat negligentia, minimè publicam in lucem emissis, prodiit Lutetiæ Parisiorum anno 1643 Tractatus de rectâ nominis Paracletus pronuntiatione à doctissimo viro D. Agno Benigno Sanrey sacræ Theologiæ Doctore editus, qui nonnulla quoque de duplici vocis Anathema pronuntiatu subtexit, ubi citato nostro Elencho Prosodico, quem concisum brevibusque comprehensum spatiis ante septennium

tennium vulgavimus, acriter atque eruditè contra R. P. Bartholomæum Gavantum disputat, admiscetque nonnulla, quibus se nonnikil à nostrâ discrepare sententiâ significat.

Res adèò infeliciter cessit Gavanto, inquit, capite 49. ut cùm de primo maximè loquutus sit, quòd habet penultimam brevem, maluerit tamen illam longari. Cùm alioqui rectè scribat Auctor Elenchi Prosodici Latino-Græci *Anathema*, etiam cùm donum significat, tutò penultimâ correptâ pronuntiarî posse. Cui auctori suffragantem do eruditissimum æquè ac sanctissimum Martyrem Justinum. Addamus & ipsammet Scripturæ auctoritatem, siquidem 2. Machabæorum cap. 2. versu 13. ubi habemus & *Epistolas Regum, quæ erant de donariis* Græcè sic legitur, καὶ ἐπισολὰς τῶν βασιλέων περὶ ἀναθημάτων. Verùm quia Auctor ille præterea addit; nullum esse in totâ scripturâ locum, ubi *Anathema* penultimâ productâ pronuntiarî debeat, cùm in omnibus Græcè scribatur per secundam vocalem, etiam in capite ultimo *Judith*, ne amplius paulò quàm par est videatur asserere, rem tantillò diligentius expendamus. Tum capite sequenti.

Patet non ita certum videri, quod Auctor ille Elenchi Prosodici, vir alioquin eruditus & de re literariâ bene meritus, aiebat *Anathema* in capite ultimo *Judith*, Græcè scribi per secundam vocalem. Nam in Bibliis non Plantinianis modò sed Sanctandreas quoque, & in aliis bene multis, legitur sic, καὶ τὸ κωνώπιον ὃ ἔλαβεν ἐκ τῆς κοιτῆνος αὐτῆς εἰς ἀνάθημα τῷ κυρίῳ ἔδωκε, & *conopeum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in Anathema oblivionis*: seu, ut vertit Vatablus, donarium Domino consecravit. Unde Breviaria Romana emendatiora in Officio Sabbati hebdomadis quartæ Septembris, ubi locus ille refertur Lectione primâ, habent *Anathêma* cum accentu circumflexo in penultimâ; cùm tamen alibi semper vocem illam acuant in antepenultimâ. Nec verò hoc novum est Hagiographis, ut *Anathema* hoc sensu scribant per η Græcum: nam Levitici 27. v. 28, ubi legimus omne quod Domino

consecratur, Septuaginta habent $\omega\acute{\alpha}\nu \delta' \acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\theta\eta\mu\alpha$ (non consuluit haud dubiè vir eruditus LXX. Sixti Pontificis, sive Romanæ, sive Parisiensis editionis, nec attendit ad annotata viri clarissimi Flamini Nobilii, ut hæc obiter dictis ipsius interseram.) Et ibidem versu sequenti, ubi habemus, & omnis consecratio, vertunt illi $\kappa\alpha\iota \omega\acute{\alpha}\nu \acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\theta\eta\mu\alpha$. Præterea hinc etiam patet infirmam esse rationem, quam Auctor ille addit, ut probet nullum esse in totâ scripturâ locum, in quo Anathema penultimâ productâ debeat pronuntiari, *cùm in omnibus*, inquit, *scribatur per secundam vocalem*. Ex his, inquam, labat ista ratio. Quia cùm Latinus interpres & Græci non semper eodem modo explicent Hebræum, hinc fit, ut interdum vocem *Anathema* omittant. Quamquam ex Hebræo & sacris interpretibus clarum est his in locis agi de Anathemate in sequiore sensu; atque adeò fatendum est, ibi quoque vocem illam pronuntiandam esse penultimâ correptâ, quando quidem certissimum est, illam semper (atqui hoc falsissimum esse ostendimus suprâ pronuntiato quarto) hoc sensu Græcè scribi per secundam vocalem. Ex quo denique patet nihil hinc juvari Gavantum. Cùm potius, illo uno loco Judith excepto, *Anathema*, penultimâ correptâ, tutò posse pronuntiari, etiam cùm *donum* significat, ut rectè dicebat Auctor ille, manifestè constat ex his, quæ attulimus ex Machabæorum historiâ, ubi donaria dicuntur $\acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\theta\eta\mu\alpha\tau\alpha$, & ex Levitici capite 28, ubi quæ ex voto redduntur, appellantur $\acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\theta\eta\mu\alpha\tau\iota\sigma\mu\acute{\epsilon}\nu\alpha$, & etiam $\acute{\epsilon}\pi\iota\theta\eta\mu\alpha\tau\alpha$: Quæ omnia efferuntur per epsilon.

Hæc & iis longè plura vir politioris literaturæ apprime peritus, quibus tria quatuorve in meæ opinionis patrocinium breviter repono.

Primum est, capite ultimo historiæ Judith *Anathema* penultimâ brevi pronuntiandum esse, quod contractâ in syllogismum argumentatione sic conficio. Illud *Anathema*, quod apud Græcos Latinosve sacræ scripturæ interpretes respondet voci Hebraicæ . . . Cherem rectiùs

rectius penultimâ brevi effertur quàm productâ, sive res illa Deo vota, oblata, donata, dicata, ac consecrata deleri omnino, pessundari, consumi, vitamque profunderi debuerit, sive tantùm civili quadam morte desinere, hoc est à profanis usibus ad sacros transferri, æternùmque divino cultui mancipari, ut ne quidem quovis oblato pretio aut quocumque in casu licita fuerit illius redemptio, ut pluribus explicant Tirinus, Bonfrerius, Petavius, à Lapide, aliique sacrarum literarum enarratores doctissimi; venit etiam à themate . . . *Charan*, quod Hebræis sonat *vastavit, destruxit, perdidit, corrupit, &c.* redditurque à LXX. Senioribus modò ἀναθεμάτισε, modò ἐξωλόθρευσε, ἠρήμωσεν, ὀπίλωλεσεν, ἐφόνευσεν, ἠφάνισεν, ἐπάταξεν, ἄρδην, ἀφώρισε, &c. Et sane vox ista *cherem* in uno tantùm veteris instrumenti capite vertitur in ἀνάθημα, neque id occurrit in omnibus codicibus, aut certè emendatioribus, quales sunt Vaticani, ex quibus expressa fuit editio Romana Sixti Quinti, ut vel ipsi ultro fatentur adversarii. Atqui, ut in rem præsentem veniam, tale est *Anathema* illud, quod occurrit capite ultimo libri *Judith*, respondetque omninò Hebræicæ voci *Cherem*, neque alium sensum recipere possunt hæc verba καὶ τὸ κωνώπιον εἰς ἀνάθημα τῷ κυρίῳ ἔδωκε, & *conopeum obtulit in Anathema*, seu ex versione Vatabli, *donarium Domino consecravit*, quàm qui à Moyse intelligitur capite ultimo *Levitic*; aliisque pluribus in *Pentateuchi* locis, ut res illa nimirum summo consecrationis ritu divino Numini mancipata, usu communi interdicta esset atque seposita, tamque arctâ religione obstricta, numquam ut redimi, distrahi, aut commutari posset: nemo quippe prudens sibi persuaserit sanctissimam *Heroinam* vasa bellica, conopeum, similiaque opima *Holoferni* detracta spolia in *Hierosolymitanum* detulisse templum, ut solius ornatus gratiâ parietibus, columnis, aut lacunaribus fixa penderent, & pro Sacerdotum libito profanis usibus commerciiisque possent deputari, commu-

nibus

nibus illotisque passim contrectari manibus, compensari pretio, ac recuperari. Accedit quòd vulgatus interpres, ut mentem Scriptoris sacri significaret apertius καὶ ἐμφατικώτερον ὅτι μάλιστα, in probatissimis quibuscumque codicibus *Anathemati* vocabulum *oblivionis* subjunxerit, non quidem, ut interpretantur Serarius, Tirinus, Menochius, à Lapide, & quidam alii, quia dictum erat Deo ad arcendam tanti beneficii & victoriæ apud posteros oblivionem, nec, quæ mens est Emanuelis Sa & Sanctii, quia oblivionem afferebat præteritæ famis, sitis, & mille ærumnarum, quas antè ab Assyriis passi fuerant Judæi; sed quia quòd verè *Cherem* erat, & votum seu donarium Deo æternùm addictum, quasi jam deletum omnino, perditum, abolitum, consumptum, mortique ac gladio destinatum, sempiternæ apud homines oblivioni traderetur, nefasque esset ad pristinos usus revocare, ac si reipsâ sublatum ex oculis καὶ ἀναθεματισμένον ex mortalium etiam omnium memoriâ ac recordatione penitus excidisset. Displicuit verò plurimum præpostera quorundam temeritas, qui vulgatam, quâ utimur, editionem erroris insimulare non veriti, *oblivionis* vocabulum, quod modò legitimæ interpretationi reddidimus, mutant in *oblationis*, hoc sensu, *conopeum obtulit Anathema oblationis*, id est, donarium seu oblationem oblationis Deo obtulit, quod absonum esse eruditis auribus, ut nihil gravius dicam, nemo non videt.

Alterum est, minùs videri validum, quod adversùs dogma nostrum ex Lectionibus Breviarii textitur argumentum, ut tum passim in erudito ad mensam Lectore, tum passim in Elencho nostro docuimus, ac porrò docebimus paulò pòst in censurâ quorundam Gavanti προσωδικῶν σφαλμάτων, qui Romæ scribens pensi haud habuit inspersas libris illis sacris accentuum pronuntiationisque notulas in omnibus servare religiosiùs. Præterea si quid virium momentique habeat hæc ratio, actum est de causâ *Paracleti*, quam undique

undique magno studio conquisitis ex omni literaturâ Hebraicâ, Græcâ, Latinâ ac Gallicâ firmamentis fulcire aggressus Benignus Sanreyus, periitque labor ejus omnis, atque industria in leves evanuit auras; cùm in Missalibus, Breviariis, aliisque Ecclesiasticis voluminibus, non semel, ut ipse nobis opponit, sed centies, etiam ubi vox illa numeris alligata versuum non est, certum sit omniumque oculis obvium *Paraclitum* scribi, notatâ accentu seu apice prosodico antepenultimâ, proindeque penultimâ correptâ pronuntiari debere; quod ipse fortè minùs attendit, cùm similia nobis objiceret.

Tertium denique, uti cætera reseceam, non satis accuratè perceptam à docto viro, quam in medium protuleram rationem, paucioribus fortè verbis ob affectatam breviter, quàm ut ab omnibus commodè posset intelligi. Propositum itaque fuerat mihi ostendere nullum esse contextum in vulgato Bibliorum interprete in quo nomen *Anathema* penultimâ productâ pronuntiari necessariò debeat, sed tutò posse ubique corripì, quòd scilicet omnibus illis in locis Græca vox Latinæ, de quâ controversitur inter doctos, respondens per secundam vocalem ἀνάθεμα scribatur, etsi non in omnibus, saltem in quibusdam exemplaribus: quòd verissimum est, ut suprâ ostendimus in capite ultimo libri Judith: & de Epistolis Divi Pauli, ac libris Numerorum, Deuteronomii, Josué, Judicum, Paralipómenon, Zachariæ & Malachiæ Prophetarum haud gravatè concedent adversarii, etsi in Græco contextu non ipsa vox ἀνάθεμα semper, sed ἐξολόθρευσις interdum vel adverbium ἄρδην, aut quid simile atque æquivalens reperiat.

De AREOPAGO.

AReopagus, Græcè Ἀρειόπαγος, vel, ut sæpius scriptum occurrit, divisâ in duas partes dictione Ἀρειος πάγος, penultimam absque ullâ controversiâ corripit: πάγος quippe apud Homerum, Lycophronem, & ut verbo dicam, apud omnes Græcos Poetas primam corripit, quemadmodum & ipse docet accentus vel imperitissimos quosque. Videant ergo, qui Calepini similiumque Grammatistarum errorem mordicus defendunt, quid ad hæc nostra argumenta respondeant.

Nam primò Euripides in Oreste totam litem apertè dirimit his verbis.

Καὶ πρὶν γ' Ἀρειοῖς ἐν πάγοις ψήφους ἴσας
Κρίνας' Ὀρέσα.

Ne verò dubia cuipiam fortè videretur ejus vocis originatio, quem priùs Ἀρειον πάγον nominârat, paulò post appellat Ἀρειου ὄχθον, quæ vox ab alterâ quantitate dumtaxat discrepat, non significatione.

Deinde constat apud eruditos *Areopagum* collem vel tumulum Martis significare, non, ut ineptè vulgaria Lexica, vicum Martis, multò minùs pagum aut fontem. Consulantur Pausanias, Hesychius, Suidas, aliique probati Grammatici, qui in loco editiore sitam fuisse Martis Curiam affirmant omnes. Unum profero inter cæteros Stephanum Byzantium libro de Urbibus Ἀρειος πάγος ἀκρωτήριον Ἀθῆνησιν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἐννάτῳ, &c.

Videantur præterea Thesaurus linguæ Græci Henrici Stephani, Gallicus Interpres sancti Dionysii Areopagitæ in eruditissimis notis, Emmanuel Alvarez noster sub finem

finem Grammaticæ, ut cæteros prætermittam recentiores ejusdem verissimæ sententiæ propugnatores. Quòd si non satis sit in Græcis literis momenti ad extorquendam à pertinacibus adversariis veritatem, scandant amabo Ennii senarium apud Varronem,

Areopagiticam eâ de re vocant petram.

Piget enim vero pluribus refellere eorum insulsitatem, qui vocabulo Græco, eique antiquissimo, Latinam originem decernunt, unumque monstrum hybridæ vocis ex disparibus membris coagmentant, aut Atticis Athenis Doricâ dialectico *παράν* pro *πηγήν* in usu fuisse arguantur; præsertim cùm ex antiquis scriptoribus nemo hactenus dixerit Areopagum à *fonte*, aut proximo fontanis aquis pago, sed à *colle* aut scopuli vertice descendisse omnes fateantur.

Sed hæc jam pro instituto plus satis; ut enim alibi monuimus, contrarius error ab iis profluxit, qui superioribus seculis ex summâ linguæ Græcæ inscitiâ *Ethnicos* ab Æthnâ monte, *Diadema* à *duo* & verbo *demere*, *implano*, quo bis utitur vulgatus Ecclesiastici Siracidæ interpres, ab adjectivo *planus*, *abyssum* à *byssos*, id est lino seu cannabe, *calicem* à *calore*, *symbolum* à *bolo* seu frusto, *eleëmosynam* ab *Eli*, quod est *Deus*, & *Moy*, quod est *aqua*, *ἄγιον* sanctum quasi *sine terrâ*, *cæmeterium* à *cimicibus*, *phylacterium* à *phylare*, quod est *servare*, & *therith*, quod est *lex*, & similia ab aliis vocabulis haud minùs ridiculè derivârunt.

Antequam verò ad alia progrediar, observandum moneo R. P. Jacobum Tirinum, qui vulgaria Italarum Belgarumque Typographorum peccata, ut aliàs monuimus, ubique ferè mordicus tuetur, in hâc voce à suis descivisse potenti veritatis virtute coactum, nostrasque partes sequutum *Areopagi* antepenultimam, non ut illi penultimam, lineolâ seu accentu acuto notavisse.

De AZYMIS.

Azymus absque fermento vocabulum est origine Græcum, cujus quantitas dubia mihi extitit ab eo tempore, quo Græcorum libros attentius volutare cœpi. Ζύμη enim sive ζύμωμα, id est fermentum, primam producit syllabam, seu respicias auctoritatem Nicandri in Alexipharmacis, ubi de fungo agit, 523.

Μὴ μὲν δὴ ζύμωμα κακὸν χθονὸς ἀέρος κήδοι.

Necnon sancti Gregorii Nazianzeni carmine 40.

Ζύμην κρυπτομένην, ἄνιον ἀγρὸν ἔτι.

Seu conjecturam Etymologistæ, qui eodem modo ζύμωμα à ζέω, quo ῥύμην à ῥέω derivat; at hoc ultimum penultimam producit sicut ῥυμός, χυμός, & alia similiter finita. Verba magni Etymologici ea sunt ζέω ζύμη, ὡς λύω λύμη, δύω δύμη, &c. quæ per otium curiosus consulat Lector.

Quid ergo hîc mihi dicendum venit, cùm omnes docti indoctique passim *azymos panes* penultimâ correptâ efferant? an omnes errare? absit. An Prudentii versu, quem ἄβασανίως citant Smetius aliique vulgares Prosodiographi, in errorem illum re minùs consideratâ prolapsos? an potiùs habitam rationem accentûs Græci, qui antepenultimam nominis ἀζυμα occupat? at in obliquis ἀζύμων, ἀζύμοις, ἀζύμοις in penultimam retrahitur: unde dicendum esset in *azymis sinceritatis* penultimâ productâ. Sed de his sufficiat monuisse eruditos; ipsi quid sentiendum sit, sincerè ac sine fuce judicabunt.

De EXCETRA.

EXcetra vox Latina *Hydrum* apud veteres significans, penultimam certo certius corripit, contrà quàm Calepinus, Thesaurus linguæ Latinæ Roberti Stephani, Pareus in Lexico Plautino, aliique vulgò existiment, dum penultimam accentu circumflexo notare non ventur. Fundus opinionationis meæ est Actii seu Attii Tragœdia *Trachiniæ* inscripta, atque ex Græco Sophoclis penè ad verbum expressa: cujus quinque supra quadraginta integros senarios versus uno tenore recitat Cicero, libro Tusculanarum Quæstionum secundo, ex quibus quinque nobis modò ad institutum sufficient.

O pectora ! ô terga ! ô lacertorum tori !

Vestrone pressu quondam Nemeæus Leo

Frendens efflavit graviter extremum halitum ?

Hæc dextra Lernam tetrâ mactatâ excetrâ

Placavit ? hæc bicorpoream afflixit manum, &c.

Quibus contraria adversariorum eliditur sententia. Quid enim ad hoc respondeant ? Rectè ergo atque eruditè cecinit nonnemo :

O Calve patriæ perfuga, Lemani excetra,

Monstrum Genetæ, vomica Tartaræ Stygis, &c.

At objiciunt Plautum bis vocem illam usurpantem Persæ scilicet initio, ubi *Herculis labores enumerat*, & Pseudoli Actu primo, scenâ secundâ, ubi *meretriculam quamdam aculeato scommate excetram* appellat, hoc est *hydrum*: sed neutrobi adversariis suffragatur Plautus, nostras potiùs in partes ultro concessurus, si ejus ope nobis opus esset. Obiter quoque castigandi Camerarius, Lambinus, Pareus, & quidam alii, qui in posteriore Plauti loco *excetram* interpretantur *viperam*,

cùm nemo, quod viderim legerimque, similem huic voci subesse sensum asserat, aut ab ἔχιδνα derivet, sicut neque *porcetram*, similisque exitûs, si quæ sint, alia vocabula. Esto enim eadem Hydra Lernæa ab Ovidio dicatur *echidna*, quæ vox manifestè Græca est, & *viperam* seu *viperulam* significat; nemo tamen vicissim, aut *excetram*, aut ipsum etiam *Echidnæ* nomen, pro quacumque usurpavit *viperâ*: verùm hæc alterius fortè sunt loci:

De MARTYRIO.

Martyrium sive cædem Martyris, obitamque pro Christo gloriosam mortem, sive testimonium quodcumque, sive Arcam fœderis, quâ Legis Mosaicæ Tabulæ continebantur, sive Basilicam aut templum sacellumve dicatum Martyribus, sive locum, ubi servantur alicujus Martyris reliquiæ, significet, penultimam semper corripit, quod quia negant pertinaciùs nonnulli in Græcorum librorum lectione haud satis studiosè versati, id modò pluribus firmandum documentis suscipio.

Concilium Laodicenum canone nono μὴ συγχωρεῖν εἰς τὰ λεγόμενα μαρτύρια, ubi Zonaras τὰς οἴκους ἐν οἷς τὰ ἐκείνων ἐτέθαπτο σώματα, μαρτυρία ἔλεγον, *Ædes*, in quibus *Martyrum sepulta erant corpora, martyria appellârunt*. Similiter actione quartâ Consilii Chalcedonensis ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἀγίας καὶ καλλινίκε μαρτυρος Εὐφημίας. In Thesouro Henrici Stephani mendosè citatur canon sextus ejusdem Concilii Chalcedonensis, nam in octavo dumtaxat memorantur οἱ Κληρικοὶ τῶν μαρτυρίων, id est, ut explicat Zonaras, τῶν ἐπ' ὀνόματι μαρτύρων οἰκοδομηθέντων ναῶν. *Clerici templorum in honorem Martyrum constructorum eorumque nomina præferentium.*
Idem

Idem occurrit in Actis Consilii Ephesini τότε ἅγια μαρτύρια καὶ τὸ ἅγιον Ἀποστέλιον ἀπέκλεισε, apud sanctum Chrysostomum sermone de Ascensione, Athanasium de passione Imaginis Dei, aliosque Græcos Patres frequentissimè. Ad Historicos Grammaticosque veniamus. Eusebius libro tertio de vitâ Magni Constantini capite 47. τὴν πόλιν ἃ se recens exstructam ad Bosphorum Thracium, suoque decoratam nomine εὐκτηρίοις πλείοσιν ἐφαίδρυσε, μαρτυροῖσθε μεγίστοις καὶ περιφανεστάτοις. Sozomenus libri secundi capite 26. ἐξεργασθέντος τῆ ἐν Ἱεροσολύμοις νεῶ περὶ τὸν Κρανίε χῶρον, ὃ μέγα μαρτύριον προσαγορεύεται. Accedat Socrates libro quarto cap. 18. ubi de Edesseno templo sancti Thomæ Apostoli, ut omittam Theodorum Anagnosten eclogâ secundâ, Menologium aliosque rituales Græcorum libros: & ex Latinis Hieronymum in Chronico, Concilium Carthaginiense primum, Walafridum Strabonem, Flodoardum, Concilia Galliæ, &c. in quibus vox ista Martyrium pro templo seu æde sacrâ occurrit.

Ubi ergo docti illi viri suum μαρτυρεῖν penultimâ productâ fabricati sunt? nam nec apud Hesychium, Suidam, Phavorinum, aut Henricum Stephanum reperient, nec in canonibus Conciliorum, Patrum Historicorumque probatis monumentis. Fateor quidem à Sozomeno lib. 8. capite 17. ἀποστολεῖον vocari Ecclesiam à Rufino in honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli constructam in suburbio Chalcedonis, & in Menologio atque Eclogis Theodori Lectoris προφητεῖον de basilicâ sanctorum Samuelis ac Joannis Baptistæ, ut pluribus Bulengerus, Meursius, alique linguæ Græcæ & politioris literaturæ consulti: Sed quid inde præsidii adversus tantam testium nubem à nobis in medium productorum?

De PARACLITO.

Paracletum pronuntiari debere penultimâ productâ nemo ambigit, cùm Græcè scribatur *παράκλητος*, id est *advocatus, consolator, defensor, patronus*, à verbo *παρακαλέω*, sed à pluribus annis Grammatici certant, an Paracletus penultimâ brevi post Prudentium aliosque Poëtas atque Hymnographos sacros efferrî possit etiam in oratione solutâ, cùm ex ambone, pulpito, aliòve loco Evangelia, Homiliæ sanctorum Patrum, similesque Ecclesiastici leguntur libri. Ego sic breviter censeo, quod ad penultimam illius nominis spectat, quæ errore in vulgus à pluribus sæculis vel ex originationis ignorantia, vel præjudicio accentûs antepenultimam apud Græcos occupantis, vel imitatione quorumdam Poëtarum propagato, & apud omnes doctos indoctosve passim recepto corripitur, eam certo certius longam esse naturâ suâ, sive *Paracletus* sive *Paracletus* dicas, ut etiam accidit in *Agapito & Agapeto, Theodorito & Theodoreto, Porphyrogenito* seu *Porphyrogenneto*, ac similibus: tolerandos tamen eos esse, qui antiquæ consuetudini morem gerentes eam inter pronuntiandum deprimunt, modò ipsi fateantur nullum causæ suæ patrociniûm præter inveteratam ac veluti *πατροπαράδοτον* traditionem accedere. Jampridem enim præscripta est eorum inscitia, qui Paraclytum per ypsilon scribendum putabunt, cùm *παράκλητος*, *famosus* sit, *infamis*, atque oppositus τῷ κλυτὸς, ut Lexica docent; & qui per iota scribere & à *παρακλίω* derivare contendunt, à veterum librorum fide, Sanctorum Patrum interpretationibus, ac communi fidelium sensu omnino recedunt, seque solos suæ sententiæ auctores

auctores & approbatores habent, ut ante septennium scripsimus in nostro Indice ad eruditum sacræ Scripturæ lectorem, quem laudat, qui de toto hoc argumento ante biennium prolixissimè disputavit, Agnus Benignus Sanreyus Belnensis in Burgundiâ Ecclesiastes.

De SYCOMORO.

MOROSUS, *moralis, moriger, moratus*, & similia derivata à cremento nominis *mos*, primam producunt, quemadmodum & *morio, morologus & moror*, id est, insanio, à Græco *μωρός*, id est stultus, deducta, necnon apud Pœtas Latinos *morus arbor & morum fructus*. Virgilius.

Sanguineis frontem moris & tempora pingit.

Ovidius.

Ardua morus erat gelido contermina fonti.

Græcè verò *morus arbor* dicitur *μωρέα*, & fructus ejus *μόρον* vel *μόρος*, primâ correptâ, ut tum ex ipsis veterum libris patet, tum maximè ex versibus Sophoclis & Nicandri apud Athenæum.

Ἐπειτα φοιίξαντα σρογύλον μόρον.

Καὶ μωρέης, ἢ καισὶ πελεὶ μείλιμα νέοισι

Πρῶτον ἐπαγγέλλουσα βροτοῖς ἠδεῖαν ὀπώραν.

Neque verò hoc loco prætermittenda Henrici Stephani observatio paginâ 1666. Tomi secundi Thesauri Linguæ Græcæ, ubi cum dixisset etiam *μῶρον* in probatis codicibus nonnumquam legi, & *μωρόσυκον* ac *μορόσυκον, συκόμωρον* ac *συκόμορον, συκομωραϊάν* & *συκομορέαν* utroque modo reperiri, tandem hoc subdit: verum *μῶρον* per omega scribendum Plinii auctoritate probari posse videtur, quippe qui *morum sapientissimam arborum* vocans, ad nomen tanquam ex adverso impositum re-

spexisse dici fortasse queat. Accedit Dioscorides, qui *συκόμωγον* distam putat διὰ τὸ ἄτρονον τῆς γεύσεως quasi *fatuam ficum* dixeris.

Certè huic explicationi apertè patrocinator sanctus Gregorius Romanus Pontifex cap. 17. libri similiter 17. *Moralium in Jobum*, aliique vulgò *Interpretes sacri* ad caput 19. *Evangelii sancti Lucæ*, ubi *συκόμοράϊα* vertitur Latinè *Sycomorus*: nam in aliis *Regum* ac *Prophetarum* locis, ubi vulgata editio habet *sycomorum*, Græci LXX. Seniorum codices *συκάμινον* exhibent, cujus penultima corripitur in illo senario apud Athenæum:

Ὁ συκάμινος συκαμίνες ὡς ὄρεῖς φέρεται.

Quare cùm in pronuntiatione hujus vocabuli attollere vel deprimere penultimam licitum sibi plerique existiment, saltem apud prophanos scriptores: eorum nihilominus partes libentiùs sequor, qui in lectione *Evangelii sanctorumque Patrum* atque *Ecclesiasticorum Tractatorum sycomori*, quam passim *fatuam ficum* interpretantur, penultimam ubique attollunt: immo & in quibuscumque aliis veterum recentiorumque scriptis, cùm eâdem planè lege teneri debeat compositum, quâ ipsius simplex ac primitivum obstringitur, quod à Græcis ad Latinos derivatam nativam suam quantitatem, ut de lino, pisis, ac quibusdam aliis observavimus, omnium consensu intendit.

De TORCULARI.

TORCULAR, quod Sospater aliique *Γραμματικῶν παῖδες* etiam torcularare appellant, secundam habet admodum controversam.

Qui vulgò producunt inter pronuntiandum, hæc in aciem educere poterunt. Primò, auctoritatem Prisciani summi, ut fatentur omnes, Grammatici, qui in libello

libello de Accentibus *Torcular*, *lacunar*, *pulvinar*, penultimam producere docet: sed hic in eodem libro crementum nominis *mulier* produci contendit, & in aliis multis insigniter peccavit: Unde cum Despauterio multi denegant libellum hunc fœtum esse Prisciani. Secundò, versus proferri poterunt Poëtarum, Fortunati, aliorumque, sed vel recentiorum vel exiguæ apud doctos viros auctoritatis. Fortunatus,

Calcaturus erat qui torcularia solus.

Riga in Lucam,

Erexit turrim, torcular fodit in illâ.

Tertiò, succenturiabunt Tortellium, Nebrissensem, Auctorem Thesauri linguæ Latinæ, Nestorem, Stoam, Smetium, plurimosque alios recentioris memoriæ scriptores.

Alii ex adversâ parte doctissimi hujusce ætatis homines, primò, tutantur se auctoritate gravissimâ Nonii Marcelli, qui *torcular à torculo* sicut *specular à speculo* derivatum asserit. Secundò, favet analogia & similitudo utriusque vocis *torcular* & *specular*. Tertiò, auctivi, qui diceret corripì à Divo Paulino, sed versus mihi nondum occurrit. Quartò, ita sentiunt Sulpitius & Ferrettus, quos laudat & sequitur Despauterius, quem vide paginâ 555. editionis Stephani. Quintò, iis adjungendi Tirinus, Gavantus, Calepinus, aliique plurimi non vulgaris inter eruditos auctoritatis.

Ego verò, ut hîc quoque sententiam interponam meam, cum Emanuele Alvare in Compendio & quibusdam aliis censeo penultimam illam variari posse: produci quidem, ut consuetudini morem geras, corripì verò, ut rationi; nam & *torculus* funis & *torculum* & *torcularium* penultimam absque ullâ controversiâ corripunt.

De TROGLODYTIS.

T*roglodytae* populi non longè à rubro mari incolentes à specibus seu cavernis, in quibus habitabant *Τρωγλοδύται* à Græcis dicti, animalia quæ dicuntur ab Aristotele *τρωγλόδυτα*, penultimam absque ullâ dubitatione corripere debent, quidquid cum mendosis dictionariorum quorundam centunculis tinniant nonnulli, qui libri secundi Paralipomenon capite duodecimo pessimè pronuntiant vocem illam, futili nescio quâ persuasione ducti; nam neque rationem ullam, neque auctoritatem prætexere possunt, quæ nobis abundè suppetant.

Primò, ut accentum omittam, qui librariorum culpâ nonnumquam fallit, stat à me Homerus, qui in *Batrachomyomachiâ* in *τρωγλοδύτης* nomine proprio cujusdam muris, & in *τρωγλοδύνω*, cavernam subeo, penultimam corripuit. En ipsos ejus versus 52. & 212. aut 205.

"Η καὶ τρωγλοδύνοια καὶ τρώγλην ἐρεεῖνει.

Τρωγλοδύτην πότερ' μυλοειδέϊ τρώσιν ἐπιφθὰς.

Secundò, vel ipsis tironibus notum *Ammodytes*; *Psammodytes*, *adytum*, *δύσις*, & similia derivata à *δύνω* penultimam corripere.

Ammodytes, spinâque vagi torquente *cerasta*.

Lucanus libro nono, & Virgilius libro quinto,

Dixerat hæc, adytis cùm lubricus anguis ab imis.

Calaber *Smyrnæus*,

"Αχρὶς ἐς ἀντολίην τε καὶ ἀκάματον δύσιν ἔλθη.

Sophocles,

Πέπλησε νεῖ, λινοπλόκως' ἐπενδύτας.

Anthol.

"Εγδυῖα καὶ ξανθὸς ἐκρέμασε πλοκάμους.

Neque

Neque verò omittendum in Regiis LXX. citato Scripturæ loco ex Hebræis fontibus pro Τρωγλοδύται & Αἰθίοπες occurrere Σαχίειμ καὶ Χυσιείμ.

Atque hæc selecta ex Thesauro nostro Prosodico æqui bonique consulat Amicus Lector, cui cætera, quæ de controversis apud eruditos vocibus ante septennium scripsimus præsertim de sequentibus, *Abbatia, Academia, Acidè, Allophylus, Andreas, Apsida, Aratus, Berytus, Butyrum, Cinyra, Chemia, Chrysoprasus, Corbonas, Cunila, Debhora, Elatæpalmarum, Eugenia, Granicus, Hemina, Idea, Idolothytum, Insuber, Labarum, Latro, Lautia, Lysimachia, Manticora, Maria, Mopsuestia, Nisyrys, Omphale, Pharsalus, Philadelphia, Phrenesis, Pituita, Porse-na, Porphyrogennitus, Resina, Salome, Stymphalus, Syco-phantia, Tentyra, Thermodon, Ticinus, Trygon, Vascones, Zabulus*, aliisque innumeris communicare non gravabor, cum primùm ex Bibliopolæ, cujus fidei ante plures annos Elenchum nostrum credideram, hæredibus schedas meas omnes recuperare concessum fuerit. Interim ex oblato specimine discent omnes, quantâ accuratione ac diligentia in stabiliendis decretis nostris prosodicis fuerimus hactenus versati. Ac ne quid desit, ecce tibi mantissæ loco partem aliquam delibatam ex Censurâ Grammaticorum recentiorum, qui cum se aliis duces præbere voluerint, sæpiùs tamen à recto tramite deflexerunt. Unum verò ex iis seligo Gavantum, de quo hæc postea deprehendi scripta à doctissimo viro Agno Benigno Sanreyo paginâ 283. laudati suprâ de Paracleti pronuntiatione opusculi: *Meam auxit admirationem, quod ipse Gavantus annotavit de nomine Anathematis. Nam cætera quidem ad Sanctuarii pondus expendere non est operæ pretium. Verbi gratiâ, cum scribit accersitur & arcessitur penultimam habere communem, communiore tamen usu illam produci in accersitur uti, inquit, quartæ conjugationis; corripitur verò, arcessitur, uti tertiæ. Nam si arcessitur solius est tertiæ, ut verè est, quâ lege ancipitem habebit penultimam? accersitur verò, quemadmodum penultimam*
semper

semper producit, quando est ab accersio quartæ conjugationis, ita semper corripit, quando est ab accerso tertiæ, quo pacto longè frequentius flectitur & usurpatur. Illa, inquam, & similia percurrere forsitan expediret;

Verùm hæc ipse quidem spatiis disclusus iniquis

Prætereo, atque aliis post me excutienda relinquo.

Hoc ego hortatore benevolo καὶ ἐργασίῳ non verbor quæ à pluribus annis inter literarias chartas premebam, in communem utilitatem, quam mihi unam præ oculis pono, publici juris facere.

De CENSURA PROSODICA,

Ἀποσπασμάτιον.

Reverend. P. Bartholomæus Gavantus Præpositus Provincialis Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, vulgò Barnabitarum, & sacræ Rituum Congregationis consultor, sectione primâ Commentarii in Rubricas Breviarii Romani cap. 5, titulo 5. numero 5. hæc habet: *Ad exuctam prolationis formam, & præsertim in choro, valdè juvat cognitio verborum Grammaticalis, quænam corripienda sunt aut producenda: Et quia rudioribus etiam sum ego debitor, addidi ad calcem hujus operis eorum verborum notulam, quæ in Breviario Romano sparsim habentur, & in quibus plurimi hæere possunt, & solent. Tum subnectit, Martyrologii nomina dubiæ pronuntiationis, ordine Alphabetico collecta juxta regulas (ut ait, quàm verè videbimus infra) peritorum Grammaticorum, ad uniformem usum Clericorum Regularium S. Pauli. Idem quoque Gavantus in fine Appendicis ad Rubricas Missalis*

Missalis hæc in fine subjungit. *Impulerunt me insignes Episcopi, ut in gratiam minùs peritorum sacerdotum ea separatim colligerem, quæ Missalis sunt propria, ne contingat ullus error in legendâ Missâ.*

Hæc ille, qui quantò cæteris in Ritibus sacris exponendis visus est antecellere, tantò in Prosodicis istis explicandis graviùs peccâsse convincetur sequentibus, paragraphis.

§ PRIMUS.

Penultimam malè producit in sequentibus.

A*Gileus & similibus multis: quid ergo Achillei, Peleus, & similia ipse corripit?*

Amasias, sed hoc familiare Gentilibus suis peccatum pluries peccavit.

Amastride, audiat verò Suidam, ἔστι δὲ καὶ Ἀμαστρίς πόλις ἐν Πόντῳ κληθεῖσα ἀπὸ γυναικὸς Περσίδος Ἀμάστριδος: qui autem similibus nominum crementa nesciat omnino corripere, hunc Græcæ quantitatis oportet esse haud multum peritum.

Ananias, ut Amasias, Ozias, ac similia.

Anthia: unde, cur enim non Ammia similiter aut Obdulia?

Anterus: debuerat verò aspirationem addere, si ab ἀνθηρός.

Areopagus, quidni enim Tirinum imitaretur, aut Alvarem, qui vulgarem hæc in voce consuetudinem dicam an potius abusum καὶ παραχαρακλισμὸν procul abjecerunt, ut ipse in Chrysoprasus, Elatæ, ac quibusdam aliis prudens imprudensve præstitit.

Argei, Aristei, Azarias.

Bajocis,

Bajocis, at secundam in Bajocasses corripuit Ausonius.

Basilei pessimè, venit enim à *Βασιλεὺς*, non à *Βασιλειος*.

Biblidis à *Biblides* : consulendus Eusebius, nec sanè Patronymici hujus terminatio videtur productionem exigere.

Bonitus suspectum cuiquam poterit videri.

Canion meliùs fortè corriperetur.

Calaris in Sardiniâ, sed unde ?

Cenomanos : vulgò tamen corripitur etiam apud ipsos seu Cisalpinos seu Transalpinos *Cenomanos*.

Chæreas, at in sacris paginis (Græca tum Veteris tum Novi Testamenti consule exemplaria) atque apud prophanos scriptores penultimam sola vocalis occupat, adeoque & ipse corripuerat Ausonius.

Cindei, *Clatei* ac *Cucufam* valdè suspecta, equidem secundam *Cucuphatis* cum primâ corripuit Prudentius.

Cyrion : aut saltem minùs peritè Genitivum ejus *Cyrionis* subinde producendum edicit.

Deus-dedit, de quo pluribus infrà.

Dorotheæ : in orationibus, ait, longa sunt *Dariæ*, *Dorotheæ*, &c. in ipsis quoque Martyrologii nominibus eandem sanctam Virginem cum longis recenset : quàm verò absurdè, quis vel cæcus non perspicit ? An non eadem ejus ac *Dorothei* ratio, cujus tamen penultimam corripiendam asserit.

Droctoveus & *Furseus* non malè, nam licèt magni viri corripere soleant, poterunt tamen produci, quia Græcam non sapiunt originem, peregrinitatisque notam præferre videantur.

Epiphanes minùs cautè, neque enim nominis hujus Græci eadem censenda conditio est atque barbarorum *Usthazanes*, *Tigranes*, &c.

Epistemis : tantisper *ἰπέχω*, donec Græcum codicem consulam.

Erotheidis, venit enim ab *Erotheis*, quæ ancilla fuisse dicitur, sic & *Euprepidis* seu *Euprepitis* ab *Euprepis* penultimâ brevi, ut *Charitis*, *Iridis*, &c.

Euagri, sive ab *Euagrus* flectatur, sive ab *Euagrius*, eadem quippe utrobique origo ab *ἀγρός*.

Euthalia, neque enim à *Thaliâ* Musâ, quod suspicari nonnulli possent, sed à masculino *Euthalius* descendit, ut *Eulalia*, *Eumenia*, *Eustolia*, *Eutropia*, *Emmelia*, &c. quas ipse rectè corripendas professus est, consulendum *Menologium*.

Gavalis seu *Gabalus*, saltem vulgò contrarium fit Auctoritate *Fortunati* ac *Sidonii* propemptico ad *Libellum* seu carmine 34.

Tum terram Gabalûm satis niviosam.

Gurias & *Gorgias* familiaria *Transmontanis* peccata.

Helconidis, *Hieronidis*, & *Leonidis*, ex quo enim capite dicenda produci horum quatuor penultima? *Heraclidis* fortè imposuit homini istas tricas, ut fit, haud apprimè callenti: At alibi rectè corripuit crementum *Erotidis*, *Rhaidis*, *Serapidis*, *Thebaïdis*.

Littei cum sequentibus *Menei*, *Mosei*, *Narsei* confige obelo, numquid enim Græcè saltem *Μωσειδς*, *Ναρσειδς*, ut de aliis taceam?

Lucia, grandis sanè largusque quorundam in hoc nomine abusus, an non amabò vox merè Latina? unde ergo insolens illa in similibus productio? aut si semel effringendi regularum cancelli, cur non *Ammia*, *Anastasia*, *Cæcilia*, *Leocadia*, *Natalia*, &c?

Maioli unde quæso? numquid *Secundolus*, *Ferreolus*, *Marolus*, *Basolus*, *Domnolus*, *Fidolus*, *Viventiolus* ipsius edicto corripienda? ubi ergo analogia?

Manneas & *Mareas* suspecta. De *Ozias* jam dixi sæpe quid sentiam.

Palmyra, docuimus porrò in *Elencho* nostro meliùs ex generali regulâ corripì.

Pantaleemonis minùs profectò circumspèctè *ἐλεήμων* crementum omnino corripit, ut vel ipsa docere poterat *eleëmosyna*.

Papiæ urbis nomen, ait, nam viri corripendum affirmat, unde? quove privilegio? cur non ergo similiter Anagninæ, Narniæ, Ostiæ, Pamiæ, Signiæ, Venetiæ, &c.

Pausidis, Photidis, Platonidis, ut minimum dicam, valdè suspecta.

Phileus, at per epsilon Græcè scribitur, quemadmodum & *Thraseas*, quorsum verò ipse *Barbeæ* penultimam corripuit?

Pinyti unde? nec similis ratio est ac *Beryti*, certè *Anytus* corripit.

Quod-vult-Deus, est enim vox verè composita, æquè ac beneplacens, Homobonus, circumvolet, venumdari, Transaquis, & similia, quæ tamen curtanda proponit.

Sophonias, Stacteo, Theoprepidis, Thomaidis, Tigidis, Tropeæ, atque *Zenaidis* jam haud semel in similibus vocabulis carbone notata.

Tyanæ, ex Græcis quippe, ipsoque Ovidio manifesti convincitur erroris.

Superest ablativus *uncinis ὀγκίνοις* Græcè, cujus penultimam producit. At in eâ voce Latinâ adeò tritâ ac vulgari peccâsse non vulgarem arguit oscitantiam.

Deinde *accersitur* inter communia collocat hâc monitione additâ, *usu tamen communiori producit* uti *quartæ conjugationis*: quoad usum, viderit ipse, certè hisce in regionibus, ubi major habita semper fuit emendatæ pronuntiationis ratio, *accersio* quartæ priscis illis cascisque Latinis relinquitur, ejusdemque conjugationis esse censetur, ac arcesso, capesso, facesso, laccio.

Tum *Aquileiæ* penultimam attollit, cùm tamen vulgò inde usque à Siliî Italici temporibus diphthongus dissolvatur penultimâ correptâ, sic *Sinuessæ* vocem vult esse trisyllabam, nihilominus solet u in vocalem transire, quum pronuntiantur *Sinuessæ, suadet, suavis, Suevi*, &c.

Ipse quoque *Anathema* censet usu communiore longari, sed si caput ultimum *Judith* excipias, ubi penultima τῆ *Anathema oblivionis* à quibusdam producit, & habetur *Sabbato hebdomadæ quartæ Septembris*, nullus est

est in toto Missali aut Breviario locus, immò nec in totâ Scripturâ sanctâ, saltem apud vulgatum Interpretem, ubi penultimâ τῷ *Anathema* non debeat omnino corripi. Vide ergo, quæso, quos Magistros sequare?

Adde quòd *Adonai* dicat trisyllabum esse, non quatuor syllabarum: quod si semel admittas, cur Sadaï, Sinaï, Tolmaï, cur Maria, vel Isaias, similiaque dissolis Hebræa? Equidem ipse vult *Casleu* vocem esse trisyllabam, cùm vulgò postremæ vocales unam in diphthongum compingantur: consentiat ergo ipse secum.

§ SECUNDUS.

Penultimam malè corripit in plurimis.

A*Cindyrus*, docuimus enim alibi apud Homerum, Euripidem, aliosque Græcos κίνδυνος penultimam producere, licèt Ausonius penultimam prædicti nominis corripuerit.

Agapitus rectè longis annumerat, malè tamen subjungit, sed usum communior habet ut corripatur penultima. In Galliâ quidem eruditi omnes *Agapitus* æquè ac *Agapetus* producunt, cùm sit par utriusque origo.

Agathoclia, at est Græcè in similibus fœmininis à nomine κλίος non quidem ἀμείσως derivatis diphthongus in penultimâ, quemadmodum & in penultimâ nominis *Antiochia*, ut ipsi quoque Tirones non ignorant: cur enim, amabò, Alexandria, Seleucia, Nicomedia, Samaria, & similia urbium nomina brevibus non æquè succenturiavit?

Ambicus, *Canicus*, & similia, de quibus inferiùs suo dicetur ordine, neque enim gemina esse putanda sunt

Barbarica illa ac peregrina nomina, cum Classicus, Ponticus, Syncletica, Tychicus, Wandalicus, Zoticus, quæ aliam longè præferunt originem.

Anisi, si ἀμῖσος malè, ut etiam anisum, si tamen est appellativum.

Andegavi, ita quidem plures, at cur non ut Gandavi, Olavi, Pictavi, &c?

Argymirus Cordubæ passus, quidni enim ut Casimirus, Ramirus, &c?

Aristionis pessimè, nam non minùs longum est cremen- tum, quàm Adrionis, Ardalionis, Bessarionis, Galationis, Chronionis, Piperionis, aliorumque ejusmodi, quæ tamen ipse passim producenda asserit.

Batavus, sæpius tamen producitur.

Bellovaci unde? cùm dicat Anderlácum, Cameráco, Eboráci, Tornácum, nisi fortè ex trivialibus Lexicographorum quisquiliis. Fateor id quoque inolevisse apud Gallos plerosque: sed quid facias? pluris esse debet eruditus unus, quàm mille ἀκρόσοφοι Calepinocleptæ.

Cartesæ & Elphegus unde?

Eobano, at quare non producit, ut Cenomanos, Pomeranis, &c?

Ephpheta, vulgò tamen penultimam attollunt omnes, immò & in ipsis, quæ videre hactenus licuit, Missalibus eadem accentu notatur syllaba, non præcedens, quod idem dicendum arbitror in *Sabbacthani*.

Evorea urbs Epiri, de eâ tamen cogitandum ampliùs existimo.

Gerasimi & rectè illud quidem: videtur enim eadem esse ejus ratio ac Gelasimi, Onesimi, & similium.

Hermiæ, notanda tamen fuerant Suidæ verba, Τῆτον δὲ τὸν Ἐρμίαν agit de Atarnensi Eunucho servo Aristotelis ac discipulo μόνον γράφεισι διὰ τῆ ἰῶτα, subditque versum Hipponactis Iambicum ἐν ᾧχος ἂν καὶ δᾶλος ἦρχεν Ἐρμίας.

Majorici & Mappalici, quorsum enim potiùs ea corripias, quàm Magnerici, aut Mederici, aut similia?

Massili

Massivi ac Miropis mihi jure suspecta.

Paraclitus, vetus quidem inter eruditos *controversia*, at contra torrentem, præsertim ubi scribitur *versus*, obniti quis velit? Verùm plura de hâc Gavanti sententiâ leges cap. 28. Sanreyani opuscula pag. 167.

Philadelphia, adversùs emendatissimos veterum omnium codices Apocalypseos, Strabonis, Stephani, Eusebii, Conciliorum, &c. Sed plerisque plura est Calepinus, quàm mille antiqui Scriptores.

Philorhonus vel *Philoromus*, quoquo enim modo scribas videtur penultima producenda.

De Polyboto idem quoque non ausim penitus affirmare, licèt in eam sententiam valdè sim proclivus, si agatur de nomine proprio: at in Martyrologio quinto Decembris locus est Asiæ, de quo sic Suidas, Πολύβοτον ὄνομα τόπων, ἢ τὸ πολλὰς τρέφον ἢ λιπαρόν, rectè ergo inter correpta recensuit.

Protolicus valdè mihi suspectum, ni scribere malis *Protolycus*. At *Quiricus* & *Rudericus*, quæ ipsa curtanda edicit, certo certius extendunt penultimam, ut mirum sit vel hâc de re dubitâsse hominem hisce in rebus tantillum versatum.

De *Sabaethani* jam dictum suprâ.

Sapore quoque inter correpta recensuit, de quo Suidas, Σάπωρις ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς, quem Cedrenus Σαπίωρον vel Σαβώριον appellat, cum aliis scriptoribus Græcis, isti enim duo sub manu erant, quum has exararem lineas Avarici Biturigum Cuborum: fraudi haud dubiè Gavanto fuit Genitivus Nestoris, Nicanoris, Philometoris.

Sycomorus, licèt enim, cùm profanorum scripta leguntur, possit corripì, ut *teloneum* produci: quia tamen hoc in sacris litteris semper per nudum simplexque iota scribitur, illa verò per omega, *Sycomori* penultimam in rebus sanctis semper producam, *telonii* verò semper breviabo.

Triphitæ, cur ergo producit *Zanitæ*?

Turonis rectè corripuit *sed amabò cur ausus est*, ut in *Chrysoprasus*, *Sycomorum*, *ephpheta*, *torcular*, *elatae*, aliisque nonnullis *vulgatas in Missalibus ac Breviariis notas contemnere, an non latam omnibus aperuit fenestram*, ut deinceps *in imperiam Typographicarum operarum, aut inficeti correctoris socordiam omnia ista Prosodica peccata, quæ libros Ecclesiasticos singulis penè paginis inquinant, meritò conjiciantur*: atque hæc obiter dicta sunt; *spes enim nobis affulget fore aliquando tempus, cum summus Pontifex inchoatam in hymnorum emendatione Ecclesiastici officii correctionem, quod gloriosè jam præstitit Urbanus VIII. non exactâ ad Lesbiâ vulgi imperitorumque regulam, sed ex doctorum hominum sensu reformatâ pronuntiatione, opus jamdudum ab omnibus expetitur perficiat, absolvatque.*

Varicus haud malè, *videri enim posset vox omnino Latina, nisi quòd in Africâ passus dicitur. At Victorius & Vivalicus malè omnino breviantur.*

Quod verò omnem superat fidem, *Theodulum* quidem inter longa recenset. Verùm imprudenter subjungit hæc verba, *sed communiore loquendi usu corripitur, quem libentiùs sequimur*: At enim primò, cur non eundem, non usum, sed abusum sequutus est in *Elatæ*, *Sophiæ*, *Chrysoprasus*, *Turonis*, &c. Deinde apud quos tandem prava hæc invaluit consuetudo? Certè apud nostrates non viget, qui probè sciunt diphthongum Græcam imperitè tantùm posse corripì, saltem in voce, quæ Græciæ natales suos debeat. Sed hæc pro instituto jam plus satis, neque enim omnia possumus hîc exscribere, quæ contra vulgaris corruptelæ patronos moliti sumus.

Addenda, Corrigenda.

PAG. 6. Agiographus & Agiomachus aspiratione carent, non ex meâ, sed ex imperitorum linguæ Græcæ sententiâ; quod etiam dictum velim de *Alcyone*, *Aliacmon*, *Ecticus*, *Elucus*, *Exstasis*, *Fenoles*, ac similibus.

Pag. 8. *Ambicus* quemadmodum *Aihalas*, & nonnulla alia longis poterant annumerari, cum in iis multa sunt arbitraria. Seq. *Gnidios* scribe, & pag. 10. agari pro agari, & alibi *Anticyra*, *arthriticus*, *baxeæ*, *efflagito*, *erysipelas*, *hydria*, *Nisibis*, *rotundatus*, *tarchea*, *talitrum*, atque archiater notatâ antepenultimâ.

Pag. 17. *Audomarus*, *Dithmarus*, *Gumarus*, *Heldemarus*, *Hincmarus*, *Launomarus*, *Othmarus*, similiaque in *arus* barbara vocabula quidam malunt producere. Ego in iis à communi pronuntiatione discedere nolui: non reluctabor tamen, si quis protrahere voluerit, imitatus ipsummet *Hincmarum* de se loquentem, *Hepidannum* monachum, aliosque nonnullos.

Pag. 18. *Basolus* rectiùs jungetur brevibus, ut *Carolus*, *Ferreolus*, *Fidolus*, *Marolus*, *Pappolus*, *Querolus*, *Secundolus*, &c.

Pag. 22. *Caphareus* substantivum dicitur penultimam producere, nempe si non dissolvas, ut faciunt Græci. In adjectivo semper producenda est inter pronuntian- dum; esto in carmine detractâ substantivâ breviari possit.

Pag. 27. Non nescio $\chi\epsilon\gamma\upsilon\epsilon\iota\mu$ in Græcis codicibus scribi, sed quid contra torrentem brachia jactes, ut in *Debora*, *Sephora*, *Jasonis*, ac quibusdam aliis observavimus jam olim in Indice S. Scripturæ.

Pag. 32. *Corbonam* longis annumeravi faventibus *Josepho* Judæo, qui $\kappa\omicron\sigma\epsilon\omega\nu\acute{\alpha}\nu$ interpretantur $\acute{\alpha}\gamma\iota\omicron\nu$ $\theta\eta\sigma\alpha\nu\epsilon\omicron\nu$, similitumque apud Græcos nominum analogiâ: *Capronas*, *Mammonas*, *Petronas*, *Samonas*, *Theonas*, &c. quamquam

quamquam non ignorem in qq. Suidæ & sancti Chrysostomi codicibus in penultimâ reperiri omicron, sed, ni fallor, mendosè: nam in emendatissimo contextu Græco, & in quibusdam Vulgatæ versionis editionibus, ut apud Maldonatum videre est, corbanam scribitur, non corbonam.

Pag. 43. Elephantiasim libentiùs produxerim, ut de hoc similibusque verbalibus à secundâ personâ præteriti passivi verborum in $\acute{\alpha}\omega$ derivatis memini me alio loco monuisse. Verùm foro nonnumquam servendum.

Pag. 53. *Genosus* fortè meliùs penultimam produxerit, quemadmodum *Nonnosus*.

Pag. 69. Logium cùm pectorale gemmatum seu rationale summi Judæorum Pontificis significat, penultimam protrahit $\lambda\omicron\gamma\epsilon\iota\omicron\nu$ Græcè, quam corripit $\lambda\omicron\gamma\iota\omicron\nu$ oraculum, responsum, aut sacræ Scripturæ testimonium. Vide pluribus Suidam, & quæ ex eo aliisque de logeo, cùm puiptum in theatris, ut in Judicum tribunalibus suggestum significat, magno studio congeffit Bernardinus Baldus Guastallæ Abbas libro de significatione verborum Vitruvianorum.

Pag. 100. Jungesis sanctissimo Præsuli Avito eruditissimorum sui temporum Abbatum Alcuini Flacci ac Lupi Ferrariensis epistolas, ubi de re Prosodicâ magni illi viri tractare ac familiaribus respondere non erubescunt.

Pag. 116. Tablinum alii producunt quasi tabulinum, ut figlina ex figulina: verùm ut in Elencho nostro monui, aliud sunt figuli, & aliud tabulæ: attamen ut voveris.

Pag. 133. Adde nominibus in *O N* crementum breviantibus *Aminon* seu potiùs *Epaminon*, *Apidones*, *Chavones*, *Echephron*, *Euthyphron*, *Nomocanon*, *Neophron*, *Theogiton*, & si quæ alia.

Addenda ex Phil. Labbei analect. Prosod. & Philolog.

A*Bbatia*, penultimam quidam attollunt, alii longè meliùs deprimunt, nec enim audiendi sunt postremi Calepini consarcinatores, dum eam vocem Gr. per diphthongum Ἀββατεΐαν scribendum esse pronuntiant. Unde enim amabò hoc habent in voce, quæ Latii fines numquam excessit?

Academia penult. corrip. Claudian. in Panegy. Manlii,

In Latium spretis Academia migrat Athenis.

Sicque apud Nostrates Gallos inter pronuntiandum deprimi solet; at olim Romæ, ut magna suspicio est, protrahebatur, quantum ex sequentibus Ciceronis ejusdem Liberti Laureæ Tullii carminibus colligi potest.

Inque Academiâ umbriferâ nitidoque Lyceo.

Lib. 1. de Divinat.

Atque Academia celebratam nomine villam.

Plin. Nat. Hist. lib. 31. c. 2.

Λύκειαν, Ἀκαδήμειαν, ὠδειῶν, πύλας,

Iamb. Alexid. Comic. Sotione referente apud Athenæum, quitamen, sicut & Pausanias, semper Ἀκαδημίαν scribit: cùm Stephanus Byzant. ei diphthong. penult. inscribat. Vide Diog. Laert. in Platone.

Andreas, penultimâ brevi pronuntiarî debet,

Ἄνδρῆα ἔϊπε Φίλιππος ὁμόπλοισι ———

Nonnus cap. 12. suæ in Johan. paraphraseως, qui metri necessitate coactus, non secus ac cæteri poetæ, ἰῶτα nonnunquam adjunxit penultimæ, ut capite primo.

Ἄνδρῆας ὕδι ναῖεν ὄπη θρασὺς ᾤκει Σίμων.

Bacchides mediam corripit, quam producit *Bacchidas* quidam Sicyonius in veteri epigrammate quod ex Amphione

phione Thespiæo recitat Athenæus, lib. 14. Deipnosoph.

Ἐμὶ δὲ Βακχίδας Σικυώνιος ἤρα θεοῖσι.

Decani, qui fuerunt apud veteres recentioresque docebunt te tum Astrologi, tum Meursius, aliique in Glossariis mixobarbaris: nos quantitatem vocis hîc duntaxat venamur. Corippus, lib. 3. de laudibus Justinii Junioris Imperatoris.

Turba Decanorum cursorum in rebus agentum,

Quas partes decimas dixere Decania gentes.

Manilius, lib. 4. Cùm verò de hoc nomine Astronomico *Decanus*, an Latina vox sit, an ex Hellade profecta, digladiantur inter se Grammatici, probabilior mihi videtur Josephi Scaligeri sententia, quàm aliorum qui à δέκα derivant; ut enim rectè Scaliger, qui Græcè & Latinè sciunt, nunquam concedent δεκανὸν Græcâ analogiâ deflexum esse. Nam si verum erat, eâdem analogiâ πεμπανόν, ἐκλανόν & similia, concederent. Contrâ verò Militiæ Romanæ sunt *Primanus*, *Quintanus*, *Decanus*. Reliqua in præsens omitto, ut proprio hujusce, quam modò tractamus disciplinæ argumento Scaligeranam opinionem corroborem, si enim verè à δέκα, ergo penult. τῷ δεκανῷ corripitur; sola enim gentilia & propria quæ Romanam sapiunt inflexionem illud Alpha producent.

Iphitus, Virgilio, Sophocli, & non semel Homero, Odys. 21. penult. corripit. At Iliados β. v. 518. penultimam producit.

Ἰίτες Ἰφίτη μεγαθύμῃ Ναυκολάδα.

Latro, non tantùm nomen, sed etiam verbum primam variat. Unde *állatro*, *óblatro*, proferenda sunt penultimâ brevi, contrâ quàm auctor Thes. Linguæ Latinæ, Calepini consarcinatores, aliique vulgares Grammatici edixerint. Phædrus Augusti Libertus extremâ Fab. lib. 5. versum Iambicum hoc participio claudit:

Canem objurgabat; at canis contrâ latrans.

Cui ego versui adderem quoque id libens Senarium Prudentii in Romano, quem elegantissimus Gifanius

ex tribus veteribus libris sic restituit pro *oblactera-*
ret,

Nil in Deorum oblatraret dedecus.

Nisi Ecthlipsis τῆ um non servata scrupulum injiceret, quam tamen Obertus aliis Prudentii locis ex veterum, ut ait, Codicum fide appingere non veretur, neque desunt alii Ecclesiastici gravesque Scriptores, qui Phædrum imitati sunt, ut discant eruditi Critici non uni innixam Phædro, quem ad posteriora dejiciunt tempora, nostram esse sententiam. Alcimus,

Sed clausam vacuo pulsant impune latratu.

Sidonius,

Os nigrum telis gravidam circumlatrat ingens.

Festus Avienus,

Circumlatratur ipse pontus maximus.

Victor,

Explorare juvat ventremque explere latrantem.

Julius Scaliger,

Obmurmurabit, oblatrabit, urgebit.

Cui succinit alius pereruditus recentior,

Credatur quoties canis allatrat esse Satelles.

Logium, Gr. λογεῖον, locus Theatri, super quo Histriones stantes Fabulam recitabant, item ὄς, item Sacerdotis pectorale in omni significato in produc. penult. ponendum.

De *Lusimachia* urbe, seu Thracicæ Chersonesi seu Ætoliæ, maxima apud Eruditos contentio, an per diphthongum aut solam vocalem penultim. ascribi debeat. Illi à Lysimacho dictam volunt, scribuntque λυσιμάχαιαν, adstipulantibus Suidâ, & Stephano, cujus hæc sunt verba, λυσιμάχεια πόλις τῆς ἐν Θράκη Χερρόνήσει ἢ πρότερον καρδία. Hi ab eventu dictam contendunt λυσιμαχίαν, quia illic finita sit pugna, sive Deorum contra Gigantes, sive Ducum aliorum, ἀπὸ τῆ λύεσθαι τὴν μάχην, & sanè *Lusimachiam* penult. brevi leges apud Strabonem libro decimo; Ptolemæum, Pausaniam; unde & frequentius corripitur ab Eruditis.

Lusimachia,

Lysimachia, herba, quam Dioscorides λυσιμάχισον Hesychius λυσιμάχειον βοτάνην appellant, eandem peperit litem; salius tamen opinione meâ fuerit penult. corripere: Sive ab inventore *Lysimacho*, seu potius, quod innuit Plinius, ab occultâ vi, quâ jugo imposita jumentorum asperitatem cohibet, nomen illud sortitum sit, * quæ omnem ex animis scrupulum videntur evellere.

[* Sic dixit Labb.]

Maiumas, Gr. Μαιυμάς, festum in honorem Veneris, seu *Maiæ* potius, *Maiο* mense celebrari solitum, & tandem ob lasciviam, legibus sublato, penultimam corripere videtur, vox enim Latina censetur Eruditis, quanquam nullius modò Poetæ testimonium occurrat in alterutram partem. Est etiam Palæstinæ civitas, *Μαιυμά* nuncupata. Hujus ego civitatis penultimam tum ob alia, tum ad discrimen festi mox explicati, libentiùs produxerim.

Mammonas, Gr. Μαμμωνᾶς, vox Syriaca, penult. protrahit, ut cætera in ωνᾶς in quo, ejusque derivato *Mammoneus*, graviter sanè peccârunt cum suo Prudentio Smetius.

Mantineæ urbs Græciæ, ιλ. β. v. 607. penult. corripit, sed metricâ necessitate, extritâ è diphthongo subjunctivâ vocali, nam apud *Suïdam*, *Strabonem*, historicosque Græcos, Μαΐνεϊα scribitur.

Margarita seu *Margaritum*, Gr. ὁ Μαργαρίτης, cor. secundam, penultimâ productâ, ut etiam *Margarita* seu *Margaretha*, N. P. Cilnius Mecænas,

Nunc percandida Margarita quæro.

Sic Phædrus, lib. 3. Fab. 12.

Dum quærit escam Margaritam repperit.

Nazianzenus penult. malè corripit, quem imitatus est *Mantuanus*.

Maria, Deiparæ virginis augustissimum nomen, penultimam passim inter pronunciandum attollit, quâ de re hoc unum duntaxat monebo apud Nonnum, Nazianzenum, cæterosque Græcos alicujus Nominis, nunquam mihi

mihî penultimam in *Μαρία*, aut *Μαρίαμ*, productam occurrisse.

Martichora sive *Martiora*, per *ομιχρον* scribitur apud Ctesiam in excerptis Photianis, *Ælian.* de animalibus, l. 4. c. 21. Pausaniam in *Bœoticis*, in quibus adhæsit Calphurnius hoc versu,

Mantichoram sylvis etiam quibus editur alce.

Aristoteles autem, Plinius, alique longè* plures, quos Lexica dabunt, *Mantichoram* appellant, & omega penult. ascribunt, quos equidem saltem inter pronuntiandum semper imitandos censeo. [* *Haud scio an inter plures citatur Philostratus, sed is non secus ac Ctesias habet μαριχόρα, Pausanias μαριόρα.*]

Matrimus & Patrimus, recentiorum quorundam auctoritate producuntur à multis, licèt Julius Scaliger, cap. 98. de caussis linguæ Latinæ, & Angel. Politianus, cap. 58. Miscellaneorum, Josephus Scaliger Julii F. & post eum Becmannus, & alii recentatum *Catulli* versum obtrudunt ex primo Epigrammate,

Qualecumque : quod, O patrima virgo.

Verùm *Patrima* ex veteribus editionibus reponit eruditissimus Vossius de Art. Gram. c. 23. ac figmentum illud Scaligerianum validissimis retundit argumentis. Ipse, quod mox didici, productioni nihilo secius adhærescit, hâc nixus ratione, quòd quando *timus* vocis productio est, corripiatur penultima, ut in *legitimus* à *lege*, *finitimus* à *fine*, &c. quando autem posterior tantùm syllaba producit vocem, tum *i* antecedens sit porrectum, ut in *primus* à *præ* vel *pris*, *bimus* à *bis*, &c. ita *patrimus* & *matrimus*, à *Patre* & *Matre*. Verùm quid si olim *patritimus* & *matritimus*, ex quibus per Syncopen *patrimus* & *matrimus*, ut ex *citerrimus*, *citimus*, & *melior* ex *mavelior*? Quid si potiùs dicamus quæ certam originem ab aliquo nomine habent corripì, quæ verò incertam, aut ab anno ducta sunt, produci? ad hæc, unde quæso *quadrimus* & *quimus*? Quare perpensis ritè omnibus concludo veterem corruptionis sententiam mihi non videri deserendam.

Nereis, variat penult. quia Gr. est Νηρηΐς & per Sy-
stolen Poetis familiarem Νηρείς, [ita Labbeus, sed quid
non potiùs Νηρείς, & per Diastolen non minùs Poetis
familiarem Νηρηΐς? nam Patronymicum est à Νηρείς,
cujus Gen. est Νηρέος, & Ionicè, quâ dialecto maximè
utuntur Poetæ, Νηρηΐς dicas autem in prosà *Neréis* po-
tiùs quàm *Néreis*, quia habent extra carmen Νηρηΐς, &
Attici & Ionici Scriptores, vid. Lucian. Dial. Zephyr.
& Not. Herod. lib. 7. c. 191.]

Nerio, Martis uxor, Græc. Νηρείνη, crementum cum
duabus prioribus Syllabis contrahit autoritate præcipuè
Lucinii Imbrici in senariis.

* *Nolo ego Neæram te vocent sed Nerienem.*

[* Citavit hunc versum Lucin. ex Agell. lib. 13. c.
21. ubi plura videas.]

Numitor, vox Latina est, crementumque producit,
teste Ovidio, Fast. l. 4.

Ilia cum Lauso de Numitore sati.

Plutarch. scribit Νομέτρος, ut hinc videas, quæ sit ei
fides habenda in nominibus Latinis, quæ Græcè suo
modulo descripsit; ut, Νεμῶς, Κοσσοῦλες, Γένεια, &c.

Pachynus, variat penult. apud Græcos, Dionys. ver-
sibus 86, & 469. at semper producitur apud Latinos.

Pæon, nomen pedis est *hymni Apollinis & Medici.*
Pæon pes habet incrementum longam in hoc Terentiani
Mauri Sczonte.

Pæona fieri perspicis pedem in fine.

Pæon, *hymnus*, apud Suïdam, * Παιῶνος τῆ ὕμνου. *Pæon*
Medicus apud eundem, Παιῶνος δὲ Ἰατρῆς. Solon. v. 57.

* Ἄλλοι * Παιῶνος πολυφαρμάκῃ ἔργα ἔχοντες.

Aristoph. Plut. v. 633.

* Ἀσκληπίει * Παιῶνος εὐμενεῖς τυχῶν.

[* Ita invenio in libris quos habeo Παιωνος, non
Παίωτος, ut Suïdas monet contrà.]

Versus Virg. Æn. 7. v. 769.

Pæoniis revocatum herbis & amore Dianæ.

videtur contrà facere. Verùm in isto versu *Pæoniis* est
trisyllabon Molossus. *Pæoniis revo—&c.*

Papyrus,

Papyrus, Latinorum omnium eorumque veterum & classicorum auctoritate producit penultimam, at Antipater corripit. Epigr. l. 6. κεφ. θ. p. 561.

Σχορίω καὶ λεπτῇ σφιγόμενον Παπύρω.

Sed unus est & Græculus.

Philadelphia, Gr. Φιλαδέλφεια, N. urbis penult. producit. at *Philadelphia*, Gr. Φιλαδέλφια, fraternus amor, penult. corripit; utraque vox reperiunda in N. T. altera Apoc. 1. v. 11. altera Rom. 12. 10.

Plemmyris, Gr. Πλημμυρίς, inundatio, variat penult. Od. l. 81. περιηγ. 202.

Polyhymnia, Nomen unius è Mysis, multiplex reperitur apud Græcos; dicitur enim Πολύμνια, Πολύμνεια, Πολυμνία, ut ex Scholiaste Hesiodi, Phornuto, Suidâ, aliisque, colligi potest.

Porphyrogenetus, [si quis est, cui non satisfecerunt quæ dicta fuerunt de hac in Catholicis Indicibus, adeat Analecta Prosodica, ubi plura quàm hîc libet transcribere, neque enim tanti videntur.]

Presbyter, penult. corripit quam πρεσβύτης producit.

Psimythus, corrip. penult. Lucil. Ep. l. 2. κεφ. θ. p. 196.

Καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἐκάβην Ἑλένην.

at Eubulus apud Athen. lib. 15. produc. secundam in *Psimmythium*,

Ἐἴξασι πολιαῖς ἀνάπλεω ψιμμυθίω.

ideoque non temerè damnandus versus, quem citat ex Marcello Smetius,

Sandice, & cretâ, *psimmytho*, *pumice*, *gypso*.

* *Rumpotina*, (* quod malè scribitur *rumponita* in Ind. Cathol.) vites & arbores, penultimam mihi corripere videntur, contrâ quàm definiat auctor Thesauri L. L.

Runcinam, *runcationis præsidem Deam*, & *runcinam instrumentum fabrile*, cum auctore Thes. L. L. Calepino, Gulone, & aliis penultimâ longâ pronuncio, licèt veterum desideretur exemplum.

Sandyx, crementum producit apud Græcos Latinosque, Propertium, Marcellum, Scaligerum, & alios,

Gratius tamen ausus est canere etiam foeminino genere in mascul. mutato.

Interdum Libyco fucantur Sandyce pennæ.

Sandix, olussylvestre, crementum producit; ut patet ex Senario apud Suïdam.

Σάνδικά μοι δὸς μήρῳθεν δεδεγμένος.

Santo, crementum corripit; Lucano, Juvenale, Ausonio, aliisque auctoribus, ex quibus censet Alvares corrigendos Ptolemæum, Stephanum aliosque Græcos, qui scribunt per omega, quemadmodum & *Senones*, & similes Galliæ populos.

Sapores, inter corripient. penultimam malè recensuit Gavantus. De quo Suïdas, Σάπωρις ὁ τῶν Περσῶν Βασιλεύς, quem Cedrenus Σαπώρην vel Σαβώριον appellat, cum aliis Scriptoribus Græcis.

Satanas, apud Latinos à quibusdam, penultimâ productâ, profertur, reclamante nequicquam vulgari, etiam doctissimorum nostri hominum consuetudine: ipsis haud dubiè favet analogia nominum priorum; Pan, Pæan, Brachman, Titan, necnon Mantuanus hoc versu,

Tum demum infernis vastanda Satanibus ora.

[Apud Hebræos etiam scribitur שָׂטָן longâ vocali Syr.

שָׂטָן] at Gregor. Nazian. communem pronunciationem haud parum firmat, dum ultimam *Satan* corripit, & è recentiori,

Πρῶτος ὑπόδρα ἰδὼν Σατανᾶς βροτολογὸς ἀπηνής.

cui ex Latinis Poetis etiam antiquioribus plures addere possem, sed unus prodeat S. Paulinus tum alibi, tum natali Octavo, in S. Felicem,

Pestiferis Satanæ legionibus imperitare.

Secretus penult. producit: nihilominus in recentiorum Græcorum scriptis vidi Σέκρετος atque hinc patet, quòd, in Latinarum vocum dimensionibus dijudicandis, non sunt idonei iudices posteriores illi Græci.

Sibastea,

Sibastea, seu *Sebastia*, producit penultimam, Σεβάστεια Eustathio in commentar. ad περιήγ. Dionysii: Notanda tamen Stephani verba, Σεβαστὴ πόλις Ἀρμενίας ἢ νῦν Σεβαστία καλεῖται, nisi fortè quis mendum suspicetur, aut argutari velit, Urbem illam non à nomine aliquò proprio, sed ab adjectivo vocatam esse. Libentiùs tamen, ut monui, produxerim, præsertim, cùm *Sebastea* scribetur.

* *Sibillam*, seu *Sybillam*, [* scribi fortasse oportuit *Sibyllam*:] passim derivant ex Æolico Σιβὴ βελή, quasi *consilium Dei*, ego vocem Latinam arbitror, quod vel ejus derivatum Sibyllinus penultimâ longâ demonstrat, quod Sibyllini monuere versus.

Sicanus, modò utramque producit, ut Auson. Eidyl. 11. modò primam corripit, secundâ longâ, Virg. Eclog. 10. & alibi modò primâ productâ, secundam corripit (quod nunquam faciendum in prosâ, cùm quid pronunciandum erit) apud Silium non semel.

Sidon, urbs Phœniciaë, clementum variat apud Latin. quod pauci nôrunt, scribitur enim tum per ω, tum per ο, vid. Steph. & Dionysii Scholiast. ad ver. 117. ipse Dionys. cor. v. 912. quem ex Latinis imitatus est Silius Italicus, lib. 8.

Βίβλον τ' ἀγχιάλον καὶ Σιδόνα ἀνθεμόεσσαν.

Monui alibi inter pronunciandum, attollendum esse clementum illud, quamvis vix damnare ausim, qui corripuerit tot subnexam firmamentis. Neque sanè omittendum, quod à nemine, ut pleraque alia hactenus, observatum, memini Σιδόνες pro Sidonii positos primam corripere: ait quidem Stephanus, ἀλλὰ καὶ Σιδών ἐθνικόν, sed de quantitate nihil, eam verò elicio ex Homero, Il. ψ. v. 745.

Πολλόν, ἐπεὶ Σιδόνες πολυδαίδαλον εὔησκησαν.

Tyrios porrò Phœnices illos esse docet versus sequens, qui sic incipit,

Φοίνικες δ' ἄγον ἄνδρες, &c.

At nemo Homerum hâc in parte secutus est; Nam & Valerius Flaccus Sidon, viri nomen, produxit.

Sophia, sapientia, nomenque uxoris *Justini II.* Græcorum Imperatorum, penultimam corripit sæpius, saltem inter pronuntiandum id fieri semper postulat Analogia: non ignoro tamen eandem penultimam productam fuisse ab autore Syringis apud Theocrit. Nonno, Prudentio & quibusdam Latinis haud magnæ autoritatis, quorum versus describere non est operæ pretium.

Sublacum, oppidum prope Anienis fontem, secundam videtur corripere, licèt Itali vulgò penultimam attollant.

Symplegas, producit penult.

Tablinum, si auctorem Thesaur. L. L. & Calepinum audias, penultimam producit, quam alii corripendam censent, licèt enim Tablinum ex Tabulino, sicut figlina à figulina dictum sit; aliud tamen sunt *figuli*, & aliud *tabulæ*: donec ergo idonei alicujus Poetæ testimonium proferatur, ut volueris, per me licet.

Tanager, Lucaniæ Fl. penultimam corripere docet non solùm Angel. Politian. adversùs Mantuan. qui non bene produxit, cùm *Tanagrus* in ejus locum subrogari potuisset; sed etiam Sophilus apud Athenæum.

Πρὸς τὴν Ταναγρικὴν δεῖ γὰρ ἵν' ἐκεῖ κατὰ κλιθεῖς.

Tantidem penultimam producit, neque Varro Eumenidibus apud Nonium in *miras* corripuit.

Hospes, quid miras nummos curare Serapim,

Quid quasi non curet tantidem Aristoteles.

Legendum enim divisim * *tanti idem non tantidem*; rectè Ennius,

Tantidem sine fata canis sine dentibu' latrat.

[* Ita Labb. & addit, id est, *tanto pretio idem* curare solet aut possit vulgaris aliquis Medicus. Sed talis lectio & interpretatio, ni fallor, facit *idem* esse masculini generis, & tum necesse est ut prior syllaba sit longa: mallem dicere *tantidem* penultimam variare. Ubi longa est,

ii duæ vocales contrahuntur in unam, ubi brevis est, altera eliditur.]

Taprobane longè meliùs corripitur, Ovid. Eleg. 6. de Ponto. Dion. περιήγ. 593. at verò Alexander quidam Lychnus vetus Scriptor apud Steph. sic canit,

Νῆσος τετράπλευρος ἀλιπέφανος Ταπροβάνη.

Tarichea, Judeæ civitas, penultimam corripit, ut docet, apud Stephanum, Josephus, &c. Verba Stephani hæc sunt, ἔστι δὲ Ταριχία καὶ ἐνικῶς, καὶ πληθυντικῶς, λεγομένη πόλις Ἰεδαίας ὡς Ἰώσηπος——καὶ ταριχία (i. e. conditura piscium seu salsura) τὸ πρᾶγμα.

Telonium, penult. brevi pronuntiandum, teloneum long. hoc enim Gr. τελώνειον, illud τελώνιον.

Terginum, lorum ex crudo corio, penult. corrip. sic * suadet analogia [* imò verò potiùs contrà suadet analogia, est enim Latina vox, & Thesaur. L. L. profert penult. prod.]

Terina, Ins. penult. breviant Lexica. Tu adi Stephanum, apud quem Lycophron.

Αἴγεια δ' εἰς Τέριναν ἐκναυσθλώσεται.

Themiscyra, urbs, penult. producit. Apoll. 2. Argon.

Ἔθθα θεμισκύρεια Ἰαμάζοις ὠπλίζοντο.

Thermodon, penult. product. Gr. enim scribitur θερμῶδων per omega semper, per omicron nunquam, malè protulit hunc versum ex Virgilio Smetius,

Quales Threiciæ cùm flumina Thermodoontis.

Oportuit enim illum scripsisse *Thermodontis*.

Thermopoto, nisi fallor, breviant penult. quamvis Thes. L. L. attollat, ac si esset vox hybrida, ex Gr. θερμὸς, & poto, as, conflata.

Thespia, in sing. penult. producit apud Homer. ιλ. B. insertâ alterâ vocali, in pl. enim scribitur θεσπιαί, in sing. θεσπεια.

Docet Vossius in Genitivis solius, utrius, & alterutrius, multò satius produci penultimam, etsi id vulgò, ut

ut ait, negligi soleat etiam à præstantissimis viris in Germaniâ utique, inquit Labbeus, non in Galliâ, addam & ego nec in Angliâ.

Quod ad vocativos secundæ spectat, audi * *Gellium* [* sic enim libuit illi vocari non *Agellium*] lib. 13. Noctium Atticarum, cap. 24. *Si quis nunc Valerium appellans in vocandi casu acuerit primam, non abierit quin rideatur.* Illudque præterea observa in versibus istis Hōratii,

Mercuri facunde, nepos Atlantis. Et:

Nulli flebilior, quàm tibi, Virgili,

attollendam esse antepenultimam *Mercuri, Virgili*, non verò, quod in prosâ faciendum est, penultimam acundam.

Alia A D D E N D A.

AB, AC, &c.

Producunt Penultimam.

A*Bderitanus, Abelis, G. ab Abel; ita Smetius ex Prudent. & Abelus ex Cypriano; at ratio suadet contrà, nam Græcè est "Αβελ, & Hebr. אבֶל in utrâque linguâ brevi vocali. Abessalon, ita ex Prudentio citat Smet. Solus Abessalon. Indices Cathol. numerant inter corrip. penult. & legunt Abessalom. Absitis à sum, æsculetum, Agathonus, Aguius trisyllabon, Gr. Ἀγυῖός. Hor. Carm. 4. Od. 6.*

Corripiunt Penultimam

Abathos, J. C. Abatos, Acænitus, Ædila, Ædilis, Acrope, J. C. malè habent inter Appellativa, Agamemnonius, Aganippidos, G. ab Agunippis, Agenorëus adj.

A L

Producunt Penultimam

Alphenus, N. viri. Hor. Sat. 1. 3. 130. pro quo Labb. habet Alfenus, Altinas, atis.

Corripiunt Penultimam

Alimus malè ponitur à Labb. inter prod. penult. si rectè Priscianus apud Smetium,

Gignitur hic alimus quam si quis mordeat herbam,
&

& tamen si sit ab α privat. & λιμός, *fames*, produci penult. nam ita λιμός *ιλ. τ.* 166.

A M

Producunt Penultimam

Amerinus, amico, as. Stat. *Amphiaræus* adj. *Amphiaræus*, *Amphiranus*, *Amphisa* urbs, *Amphiscæna* al. *Amphisæna*.

Corripiunt Penultimam

Amphimedon, *Amphitryoniades*, *Amphrysius*.

A N

Producunt Penultimam

Ananias prod. penultimam apud Arator. Occidit infelix *Ananias*, & ita legunt nostrates Theologi, licèt Indices Cathol. indicent contrà. *Anchisæus* pro quo J. C. *Anchiseus*, quasi esset trisyllabon. *Androgeonæus* adj. *Anigrus*. N. Fl. *Fundit Anigrus aquas*, at aliter fortè in solutâ oratione, ut Labb. vult *Anienis*, G. ab *Anien*, anguinus.

Corripiunt Penultimam

Anabathrum, licèt enim produc. penult. Juven. Sat. 7. 46. Corrip. tamen Sophocl. *Ajac.* 871.

————— ᾧ Πατρῶν ἐστίας βάθρον.

J. C. pro anabathra habent anabatha, *Anagnia*, *analectides*, *annotinus*, unde veniat quidve significet, corrip. penult. ita Labb. at aliter Autor Thes. L. L. *annotinus* ab *annona*, penult. corrip. at ab *anno*, *annotinus*, penult. prod. at quid ita; cùm ab hoc anno sit *honoratus*? *Antenoræus* adject. *Antenorides*, *anthema*.

D. *Debora*,

D

Debora, ita scribunt Latini. LXX. edit. Londini, Δεβώρα. Basileæ, Δεβόρα. Hebr. רְבוּרָה & tamen nostrates Sacerdotes in Ecclesiis nostris, dum legunt S. S. Anglicè versas Anglicano populo, semper dicunt *Débora*, nunquam *Debóra*: quid ni? quando dicunt etiam aúditor non audítor, órator non orátor, súccessor non succéssor; aliter autem opinor loquuntur, quando loquuntur Latinè.

R

Rétinus à *Rete* vulgò dicitur, ut aiunt, inter doctos, antepenultimâ acutâ; videant, an rectè. Vox enim, vix licèt Latina, haud alia tamen est, quàm Latina, atque ut à *mare marinus*, quid non itidem à *rete retinus*, penultimâ acuta? Usus, inquis, obstat. Agnosco & obmutesco; verùm audax vir erat, qui primus aliter protulit: nam vox nova est, pro quâ veteres dixerunt *Reticulatus*. Plin. lib. 36. c. 22. non procul à fine. *Dictyotheton*, al. *Dictyoton* vocant reticulatam structuram.

S

Sabachthani, Matth. xxvii. 46. nonnulli elevant antepenult. nonnulli penultimam; his magis favet vox Hebræ עֹבְדַיִן in cujus penultimâ non solùm est longa vocalis, sed & accentus. *Cætera desiderantur.*

F I N I S.

Excudebant Law et Gilbert, St. John's-Square, Clerkenwell.

GUL. BOWYER Lectori S.

AN KUSTERUS reflexivam Verborum Mediorum fig-
nificationem Primus deprehenderit, ignoro: eam
certè pluribus, quàm quisquam alius, argumentis in isto
libello stabilivit. Alii in verbis quibusdam eam notâ-
runt; an verò cæteris sit communis altum agunt silenti-
um. Eustathius ad Il. v. 168. διαφορὰν δὲ ΟΙΣΩΝ καὶ
ΟΙΣΟΜΕΝΟΣ φασὶν οἱ παλαιοὶ, ὅτι τὸ μὲν ΟΙΣΩΝ ἀπ' ἄλλου
εἰς ἄλλον κινεῖ τὴν ἐνέργειαν τῆ χρησίμῃ τὸ δὲ ΟΙΣΟΜΕΝΟΣ,
ἐνὶ προσώπῳ ἐμπεριγράφει αὐτήν· οἷον, ἀπεισὶ τις δόρυ ΟΙΣΟ-
ΜΕΝΟΣ, ἐαυτῷ· ΟΙΣΩΝ δὲ, ἐτέρῳ τινί. i. e. *Inter* οἷσων *et*
οἰσόμενος differentiam esse tradunt Veteres; nempe οἷσων *ab*
alio in alium transfert effectum commodi alicujus: οἰσόμενος
verò intra unam personam eum cohibet: ut, Abit aliquis
hastam relaturus Sibi, οἰσόμενος. Alteri verò, οἷσων.

Alii istum sensum *Passivæ* voci, pari vel etiam potiori
jure, vendicant. Duportus in Theoph. Char. p. 194.
et 335. “ Δανίζειν, *mutuò Dare*; δανίζεσθαι, *mutuò Acci-*
pere: ita enim differunt vox *Activa* et *Passiva* in hujus-
modi verbis *Commercii*: in voce *PASSIVA* vel etiam
Mediâ transitus fit non in Rem, sed Personam. Ita
χρήσαι est, *utendum Dare*; χρήσασθαι, *utendum Accipere*.
² Φέρειν est, *Ferre, Afferre*: φέρεσθαι, *Referre, Reportare*

² Sophocl. in Antigone ver. 474. (al. 469.)

“ Οσις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγὼ, κακοῖς
Ζῆ, πῶς ὀδ' ἔχει καὶ θανάτων κέρδ' ὀ φέρει;

Nam qui in magnis, ut ego, malis

Vivit, quomodo non huic mors pro lucro est?

i. e. quomodo non moriendo lucrum *Accipit*?

(*Sibi addere debuisset.*) Sic αἶρειν, αἶρεσθαι· κομίζειν, κομίζεσθαι. Sic μισθῶσαι, *Locare*; μισθώσασθαι, *Conducere*. Ita differunt ἐγυῶν et ἐγυῶσθαι· εἴσαι et εἴσασθαι, et similia. Sic τίθειναι et τίθεισθαι, δεῖναι et δεῖσθαι· ἐπιτίθειναι et ἐπιτίθεισθαι. Sic δεῖναι ὑποθήκην sive ἐνέχυρον dicitur Debitor, qui rem suam oppignerat; at δεῖσθαι dicitur Creditor cui res opposita est, et oppigneratur. Pollux, ὑποθήκην δεῖς, ὁ δανειζόμενος· ὑποθήκην δέμενος, ὁ δανείζων χρέα." Pag. 194. "ἐρανίζειν, *stipem Conferre, pecuniam collatitiam Dare*; ἐρανίζεσθαι, *stipem Petere, Colligere, vel Accipere* ^b. P. 335. πρᾶτλειν, *Agere*; πρᾶτλεισθαι, *Exigere*; ex *παῖτο Repetere, Pacisci, Stipulari*. P. 353. αἰτεῖν, *Rogare stipem, aut eleemosynam*; αἰτεῖσθαι, *Rogare Mutuum, aut Commodato*."

Quendam etiam in Actis Eruditis LIPSIENS. Feb. 1712. citat CLARKIUS ad Il. α. 20. qui ex discrimine inter λῶν et λῶμαῖ veram lectionem loco reddiderit: unde autem ortum id discriminis, quibus fundamentis nixum se primum ostendisse gloriatur KUSTERUS ^c; et quantulascunque partes sustinet, mirum est CLARKIUM ei tribuisse nullas, præsertim cùm hæc observatio de primigeniæ Vocis Mediæ usu inter notas ad Homerum utramque faciat paginam. Quod ut clariùs liqueat, neve desit primævi Scriptoris auctoritas ad adstruendum primævum Vocis Mediæ usum, loca à CLARKIO notato ad calcem hujus Dissertationis adjeci; alia quàm plurima

^b De quâ voce vide etiam Salmasium de Usuris, p. 679. in omis. Obs. ad Jus Atticum p. 13. 58. Lexica mirè hîc turbant omnia.

^c Quare λῶμασθαι in Medio, *Captivum redimere, nondum ab ullo Grammaticorum video esse expositum*. KUST. de Verbis Mediis, § 2. 11. cujus libri editio prima prodit 1714, altera 1717; CLARKIUS verò edidit primam partem Homeri 1729.

ex ipso Homero lectoris diligentia facilè suppeditabit. Ιλ. 6. 316. Τὴν δ' ἐλελιξάμεν πῶς υἱὸς λάβεν ἀμφιαχῦσαν. *Hanc autem Implicans alâ prehendit valde clamitantem.* Quid, an constructio est, *i* *mplicans hanc* ? perit vis media participii. An *implicans sese* ? quis hoc subintellexerit ? Verte, *Hanc autem subito Se contorquens prehendit,* &c. ut monet vir Ἑλληνικώτατος R. DAWES, Misc. Crit. p. 177, 8.

Φράζω, dico; φράζομαι, Med. dico Mecum, Delibero, Consulto. Hinc Ιλ. ά. 554. Ἀλλὰ μάλ' εὐκηλὲ τὰ φράζειαι, ἄσπ' ἐθέλησθα, *Sed valde quietus ea Consultas quæcunque vis:* sic Ιλ. ι. 676, et passim. Quare verò non itidem Ιλ. ξ'. 483. Φράσεισθ' ὡς ὑμῖν Πρόμαχ' δεδμήμεν εὐδεῖ. "Εἴχει ἐμῶ, *Videte, ut* &c. propiùs ad nativum vocis usum, *Reputate vobiscum,* ut Ιλ. 6. 163, &c.

Ex malè intellectuâ differentiâ inter ἔπω et ἔπομαι (quam vide apud KUST. § i. 13.) malè BARNESIUS Homerum corrigi Ιλ. δ'. 202. οἱ οἱ ἔποντο Τρίκκης, pro quo ille οἱ οἱ ἔπον Τρίκκης, quasi ἔπω significaret *Sequor* etiam in Activâ voce. vid. CLARKIUM in loc. et ad λ'. 482. ex R. BENTLEIO.

Ιλ. ν'. 745. Δεῖδω μὴ τὸ χθιζὸν ἀποσήσωλαι Ἀχαιοὶ Χρεῖ. — *Timeo ne hesternum Rependant Achivi debitum:* ut vis Media fervetur, debuisset verti, *Cum usurâ appensum RECIPIANT:* nam ἀποσήσαι Act. *Rependere;* ἀποσήσασθαι Med. *Recipere appensum,* ut notat KUSTERUS § ii. 13. et Salmas. de Usuris, p. 580.

Lexica hîc omnia confusè docent ἀναιρέω, *Tollo;* ἀναιρεῖσθαι, *expungere syngrapham;* unde verò, nisi quòd. syngrapham ab eo, apud quem deposita esset, cùm diluenda fit, *Recipimus.* Salm. de modo Usurar. p. 470.

Verbo ὑποτίθημι, ὑπ. τίθεμαι, *Supponor;* mox ὑποτίθεμαι, *Pignero:* rectè, modò voces rectè distinguantur.

Passivè sanè *Supponor, pignori obligor*; at in Med. *pignori Accipio*, ut *δέσθαι, &c.*

Καρπίζω et *καρπίζομαι* utrumque redditur, *fructum Decerpo*: at *καρπίζειν* est *Irrigare, καρπίζεισθαι* Med. *Percipere fructum*. Mox sub eodem verbo inquirunt Lexica, *καρπίζομαι, in libertatem adseror*, quod est diversæ planè familiæ, pro *καρπίζομαι* à *κάρφῳ*, *virgula*. Salm. de Modo Usur. p. 880, 881.

Χρωννύω et *ἐπιχρωννύω*, idem quod *χεῖω*, *mutuum Dare*; Passivè, *mutuum Dari*; Med. *mutuum Accipere*; de quo ne verbum quidem Lexica, sed vide apud eundem Salm. de Modo Usurar. c. viii. p. 306. autore Theophr. Charact. c. x. et lege Rhodiâ.

Ἐνεχυριάζω, interpretantur Lexica, *Pigneror*. Debit verti, *pignori Do*, quod facit Debitor; *ἐνεχυριάζομαι, Pigneror, pignus Accipio*, quod facit Creditor, Exod. xxii. 26. *Ἐνεχυρέζω* sanè *Pigneror*, sive *pignus Accipio*, Job. xxiv. 3. 9. at *ἐνεχυράζομαι, pignoribus captis Coerceor*, ut apud Aristoph. in Neb. ver. 240. *ἄλομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι, Bona mea pignoribus capta diripiuntur*, ad verbum, *Diripior* quoad bona mea pignoribus capta: [vertit SANXAY in Arist. Lex. Angl. *I have my goods seiz'd for non-payment.*] Malè in Transitivo sensu accipitur, dum redditur, *bona mea Oppignero*. Salm. de Mod. Usur. c. xiii. p. 549. et de Fœn. Trapezitico, p. 713.

Ἀποδίδωμι, Act. Solvo, Reddo; at in Med. *Tribuo in Meum commodum, Vendo*. Aristoph. 169. *ἀποδόσθαι βάλωμαί τὸν ὄνον, Vendere velim asinum*. [To sell, SANXAY in Lex.] At idem Ran. 1266. *ἀπόδοι [λήκυθον] πάσῃ τέχνῃ, Vende lecythum omni modo*; ubi legendum contendit ἀπόδοι vir doctus, Miscell. Critic. p. 243. Mediâ significatione id postulante.

Ὁφελον καὶ ἀποκόψουσαι, Gal. v. 12. diu torsit interpretes. Ludit apostolus σαρκαστικῶς in verbo quod tantas incitârat turbas inter eos qui fidem Christianam amplecterentur. “Quandoquidem, inquit, in pelliculâ abscisâ ita gloriântur, *utinam illis abscindatur* insuper totum feminine membrum, quo magis triumphent,” interprete Grotio, post Chrysostomum et Hieronymum. At, longè veracundiùs, nec minùs falsè, si ἀπόκοψουσαι sensu reflexivo accipiatur, “Vellem eos qui circumcisionis necessitatem *“tuentur se ipsos abscissuros à vestrûm consortio,”* ut monet JORTINUS, Vit. Erasmi, vol. ii. p. 217.

Fatendum est verba quædam Activa nonnunquam pro Mediis esse usurpata, cùm *Sibi* vel *Pro se* aliquid fit; quanquam rariùs Media pro Activis, h. e. cùm fit *pro Altero*, ut monet KUSTERUS § i. 32. 52. 53. Hinc ὑπερημερίαν πράξαι, pro πράξασθαι, *moræ pretium exigere*, apud Theoph. Char. c. x. sic etiam Div. Lucas iii. 13. xix. 23. Isocrat. ad Nicocl. p. 61. ed. Battie, 1749. ἐλπίς τὴς τοιέτης πράξειν τι παρὰ τῶν ἀγαθῶν, *sperandum est tales à diis aliquid boni accepturos*. Nescio igitur an verè vir doctissimus, Misc. Crit. p. 205. neget ἀνώ, in voce Activâ, usurpari pro *Consequor*. Hesiod. certè in Oper. p. 395. καὶ μηδὲν ἀνύσσης, *et nihil obtineas*, ut reddi potiùs debet; et Lucian. (inferioris ævi, fateor) in Afin. ἐκεῖν ἄδὲν φρονίσιος εἶτε καὶ ἀνύσει τι ἐξ ἐμῆ, *nihil curans sive etiam Obtineret aliquid ex me, sive &c.* In Novo Testamento, ut id obiter notem, Activa vox in utroque significato, Luc. xviii. 12. ἀποδεκαλῶ πέντα ὅσα κλῶμαι, *decimas omnium quæ possideo*; et pariter Matth. xxiii. 23. At Heb. vii. 5. ἐνβολὴν ἔχουσιν οἱ ἐκ τῶν υἱῶν Λευὶ ἀποδεκαλῆν τὸν λαόν, *decimas Exigere à populo*. Ἐπιβάλλειν negat Salmafius de sœnore Trapezitico usquam Græcè dici pro *Incipere*, sed ἐπιβάλλισθαι. sic tamen Diod. Sicul. 452. B.

ed. Rhodoman. ἐπέβαλλον οἱ ῥαψωδοὶ προφέρεισθαι τῷ Διονυσίῳ τὰ ποιήματα: COEPERUNT *Rhapsodi Dionysii poemata proferre*: qui sensus non malè quadrat ad MARC. xiv. 72. καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. Certè sensûs, quem versio nostras sequitur, jamdudum desideravit exemplum Is. Casaubonus, nam, ut ait ille, ἐπιβάλλειν τὸν νῦν, vel διάνοιαν, alia longè res est. Vid. C. Frid. Munthe, Obs. Phil. in N. T. libros, p. 124.

Quamquam verò tot viri docti, etiam aliud agentes, KUSTERO adstipulentur, longè tamen in diversa ab it *Johannes Clericus*^d. Dum leviter percurro exempla ab illo adducta, nonnulla à vero sensu in alienas partes torta video; nonnulla ejusmodi esse, ut, licèt KUSTERUM levis forsan erroris arguant, minimè tamen fundamentum ejus de vocis Mediæ usu labefactent.

Ad § i. 28. objicit, licèt ἄγειν γυναῖκα non dicatur, tamen λαμβάνειν γυναῖκα occurrere apud Menandrum, p. 232. pro λαμβάνεσθαι. Ad i. 30. προσπορίζομεν, NOBIS *suppeditamus*, Menand. p. 245. pro προσποριζόμεθα. Ad i. 32, 33. ἢ πόλεμον ποιεῖν, nusquam occurrat, pro ποιεῖσθαι, at ναυμαχίαν ποιεῖν apud Thucydidem, l. ii. 89. p. 137. ubi tamen legitur, καὶ οἰοναί ΣΦΙΣΙ καὶ ἐν τῷ ναυλικῷ ΠΟΙΗΣΕΙΝ τὸ αὐτό. Ad i. 49. ἢ τὰ ψηφισμάτα ἂν παράσχης, si decreta adhibueris ad defensionem causæ tuæ, Æschines de falsâ legat. p. 404. Ad i. 14. φυλάσσω, caveo, pro φυλάττομαι, apud Eurip. Iphigen. in Aulide, ver. 144. 538. Esto, hæc Activa (quod KUSTERUM forsan latuit) pronomine reciproco ἐαυτῷ, ἐμοί, &c. subintellecto, reciproco sensu sumantur: at non vi suâ, non adèd peculiari modo ut in alium nunquam transferant effectum, quod verbis Mediis esse proprium contenditur.

^d Remarques sur la Dissertation de Mons. Kuster sur les verbes Moyens, dans la Biblioth. ancienne et moderne, Tom. v. Par. II. p. 237. quam dissertationem Latinè etiam edidit Christ. Wolle, Lipsiæ, 1733.

Ad i. 29. postquam frustra Thucyd. citâsset l. ii. 87. Platonem allegat: ἀλλὰ γαλήνην τέτων παρασκευάζουσα ψυχῇ. “SIBI IPSI, inquit *J. Clericus*, philosophi animus eam procurat ἐπιθυμίαν.” At verba Platonis sonant, “Imò verò horum (dolorum voluptatumque) tranquillitati studens animus.” Ubinam, quæso, vis Reflexiva participii?

Ad i. 25. fidenter asserit Thucyd. ii. c. 2. Δέμενοι τὰ ὅπλα verti debuisse, *Armis positis*, non *Armis induti*, ut KUSTERUS. Judicet Lector, in consilium adhibito doctissimo HUDSONO, qui hæc in notis habet: “Malè verò titur, *Armis in foro positis*, cùm hostilem urbem invaserunt. Potiùs, *Cùm Armati in foro constitissent*. Sic Thucyd. viii. p. 520. καὶ Δέμενοι τὰ ὅπλα ἐκκλησίασαν, *armis instructi concionem habuerunt*. Τίθεσθαι τὰ ὅπλα nonnulli fumi posse putant pro *Arma ἀποτίθεσθαι*. Mihi nondum occurrit locus, in quo ita propriè fumi credam, nisi, qui armati consistunt nec tamen re ipsâ pugnant, propriè arma dicuntur abjicere.” Quid ad hæc *Clericus*? ne unum quidem verbum, licèt has paginas citet, ad hanc ipsam editionem provocet. Eundem sensum vindicat Dionysio Halicarnassensi EDWARDUS SPELMANNUS in eleganti suâ versione Antiqq. l. iii. c. 18. Nuperus verò vir doctissimus W. SMITH, Decanus Cestriensis, in Versione Anglicâ Xenophontis de rebus Græcis, l. ii. sub anno ante Christum 403. p. 70, contendit ὅπλα Δέσθαι notare *to ground their arms*. Quidni tandem sit *arma in usum suum reponere*, ut Kusterus interpretatur § i. 50. & quod dici queat, *to rest their arms*: quin et ipse Homerus, iis verbis quibus Agamemnon Græcos fugam ornantes ad arma capeffenda hortatur, quibus et ipse Adolescentulos ad hæc studia excolenda excitem:

Εὖ μὲν τις δόρυ θεξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω.

Bene quisque hastam suam acuat, bene scutum sibi aptet.

INDEX

VERBORUM HOMERICORUM,

IN QUIBUS CLARKIUS PRIMIGENIAM VOCIS MEDIE
SIGNIFICATIONEM INDICAVIT.

- Ἀ**γείρω, συναγειράμενοι, congregantes Seipfos, Ιλ. ὦ.
802.
- Ἀἴρω, ἤραμαι κύδῳ : reporto Mihi gloriam. Ιλ. χ'. 393.
- Ἀλείφω, ungo Alterum; ἀλείψαλο, unxit, Se. Ιλ. ξ'. 14.
- Δέω, ἐδάσαλο, ligavit Sibi ipse. Ιλ. ὦ. 340.
- Διακονόμενος idem quod διάκονος, minister; διακονῶν, qui
jam tum ministrat. Ιλ. γ'. 141.
- Εἶδω, εἰσάμενος, cūm Se assimilasset. Ιλ. ε'. 22. γ'. 389. ὦ.
45. 216. γ'. 141. π'. 716. ε'. 73. 555. φ'. 213.
- Ἐλίσσω, ἐλιξάμενος, Se subito impetu convertens. Ιλ. ρ'.
283.
- Ἐω, ἐσάμενοι χροὺ χαλκῶν, cūm Nosmet ipsi armaverimus.
Ιλ. τ'. 233.
- Ζώω. ζωσαμένω, cūm Se ipsi accinxissent. Ιλ. ψ'. 685.
710.
- Θωράω, θωρήσομαι, Me ipse armabo. Ιλ. τ'. 23.
- Καλύπτω, καλυψαμένη, cūm Se ipsam cooperuisset. Ιλ. γ'.
141. ξ'. 184. Οδ. ε. 491. δ. 199.
- Κινάμενα, Se ipsa moventia. Ιλ. ν'. 798.
- Κόπλομαι, cædam Me ipse, i. e. Plangam. Ιλ. ν'. 141. χ'.
33.
- Κιρέω, κορροσάμενος, quum Se ipse saturaverit. Ιλ. τ'.
167. χ'. 427.
- Λαθεῖν, Alterum latere; λαθέσθαι, latere Seipsum, i. e.
Oblivisci. Ιλ. ι. 533.
- Δέω. Ιλ. φ. 560. ψ. 41.

- Λύω**, solvo, Reddo captivos Accepto pretio, Ιλ. α. 20.
 29. ω. 137. 555. 561. λύομαι, Redimo captivos Dato
 pretio. Ιλ. α. 13. 372. ω. 118. 237.
- Νίψω**, νίψε, lavit poculum: νίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας, lavit
 manus Suas. Ιλ. π'. 229, 230. ω. 305.
- Ὀῖω**, fero Alteri; οἶμαι, affero Sibi. Ιλ. ν'. 168.
- Ὀπάζω**, ὀπάσασατο Νέστορος υἱας, Nestoris filios Sibi ipse
 comites ascivit. Οδ. τ'. 238.
- Πειράω**, πειρώμενος σθένεος, Suorum Sibi virium periculum
 faciens. Οδ. ό. 359.
- Πλέω**, ἐμπλήσασατο θυμὸν μένεος, Sibi ipse implevit animum
 irâ. Ιλ. χ' 312.
- Πλήσσω**, πεπληγέτο μηρὸν, Sua Sibi percussit femora. ό. 113.
 397. π'. 125.
- Σείω**, σείσασατο, commovit Se. Ιλ. ς'. 199. σευάμενος, ruens.
 Ιλ. χ'. 22.
- Στηρίζω**, ἐδὲ ποδέσσειν εἶχε στηρίξασθαι, nec potuit pedibus
 Se ipse stabilire. φ'. 241.
- Τέρπω**, τειαρπώμεθα, Nos ipsi fatiaverimus, ψ'. 10. 98.
 ω. 639.
- Τρέπω**, μετατρέπομαι, converto Me, convertor retro. Ιλ.
 α. 199. γ'. 141. 422.
- Διὸς ἐτρέπετο φρήν, Jupiter animum Suum mutavit.
 κ'. 45.
- Ἐτρέπει** ἔγχος, averfa est hasta, seu, avertit Se, i. e.
 aberravit. λ'. 233. ν'. 605.
- Φθείρω**, διέφθορας, Te ipse perdidisti ό. 128.
- Φημί**, φάσθαι ἴσον ἐμοί, æqualem Se mihi dicere. ό. 167.

This day is published,

Printed for F. C. and J. RIVINGTON, at No. 62, in St.
Paul's Church Yard.

ERUDITÆ Pronuntiationis Catholici Indices. Opus
omnibus, qui vel ex scripto vel memoriter; ex
plano vel suggestu; in Choro, Scholis, Triclinio; pub-
licis, privativse Congressibus, Latinè loqui, recitare, ac
perorare debent, omnino necessarium. Operâ & Studio
Philippi Labbe Biturici, Soc. Jesu Sacerdotis.

Ab Edwardo Leedes olim recogniti & aucti; & nunc
iterum summâ cum curâ recensiti.

* * It is printed on the same size with this of KÜSTER;
and they may be bound together.

Also,

LEXICON NOVI TESTAMENTI

ALPHABETICUM,

nunc primum plenè editum :

Omnes Voces tam Primitivas quàm Derivativas, Ano-
malas atque Communes, in Sacro Textu occurrentes,
cum earum Resolutione Grammaticâ, complectens.

In Usum Scholarum.

Studio & Labore JOAN. DAWSON, A. B.

LUD. KUSTERUS

Regiæ Inscriptionum Acad. Socius,

DE VERO USU

V E R B O R U M

M E D I O R U M

A P U D G R Æ C O S ;

Eorumque Differentiâ à Verbis Activis & Passivis.

LUD. KUSTERI

P R Æ F A T I O

AD LECTOREM.

PAUCIS te volo, Lector. Exposui in hoc libello de Verbis *Mediis* Græcorum: quæ duplicis sunt generis. Alia enim indole & significatione ab Activis nihil differunt (quæ comparare possis cum Verbis illis, quæ Latini *Deponentia* vocant:) alia verò differunt. Per posterioris generis verba *Media* intelligo ea, quibus constans usus certam attribuit significationem, quam Activæ eorundem Verborum Formæ minimè inesse, omnibus notum fit; vel saltem, si id antea observatum non fuit, à quovis, qui animum attendere voluerit, observari possit. Ex. gr. κόψασθαι, in Medio, significat *plangere*: quo sensu Activum κόψαι nunquam usurpari, neminem fore credo, qui negare ausit. Φυλάξασθαι, notat *cavere*: quæ significatio à Formâ Activâ hujus Verbi prorsus aliena est. Προσφέρεισθαι interdum significat, *cibum*, vel *potum capere*: nunquam verò Activum προσφέρειν. Μισθώσασθαι notat *conducere*; at μισθῶσαι, *locare*. Δανείσασθαι, *mutuum accipere*: δανείσαι, *mutuum dare*. Θέσθαι ὑποθήκην, *pignus accipere*: δεῖναι ὑποθήκην, *dare pignus*. Ἐπείγειν, *urgere, impellere*: ἐπείγεσθαι, *festinare*. Sic ἀπάγξασθαι significatione constanter differt ab ἀπάγξει: ἄρασθαι, ab ἄραι: σεφανώσασθαι, à σεφανῶσαι: ἀρξασθαι, ab ἀρξει: ἀμύναςθαι, ab ἀμύναι: νείμασθαι, à νείμαι: κληρώσασθαι, à κληρῶσαι: δικάσασθαι, à δικάσαι: ἀπογράψασθαι, ab ἀπογράψαι: διαβέσθαι, à διαθεῖναι: προσποιήσασθαι, à προσποιῆσαι: ἄσασθαι γυναῖκα, ab ἄγειν γυναῖκα: δέσθαι νόμον, à δεῖναι νόμον: ut centena alia omittam, partim in hoc libello adducta & exposita; partim apud veteres scriptores variis in locis obvia. Hujusmodi

igitur Verba Media (cum quibus tantum hinc mihi res est; ab Activis et Passivis certo limite esse discreta, & vim neque merè activam, neque merè passivam, sed ex utroque genere mixtam, illis inesse, clarè, ni fallor, demonstravi. Mixtio autem hæc in eo consistit, quod actio Verborum Mediorum non transeat in alium, sed reflectatur in ipsum agentem, & sic idem sit agens & patiens: sive quis directè à se ipso aliquid patiat: sive ab altero sibi aliquid fieri curet, mandet, vel jubeat, et sic sponte volensque ab eo aliquid patiat. Ex. gr. κόψαι, in Activo, est, *tundere*, sive *percutere alterum*: at κόψασθαι, in Medio, *se*, vel *pectus suam in luctu tundere*, sive *percutere*: quod Latini unâ voce appellant *plangere*. Φυλάξαι, est, *custodire* vel *observare alterum*: at φυλάξασθαι, in Medio, *custodire*, sive *observare semet ipsum*: quod est, si sensum spectes, *cavere*. Propriam igitur & Reciprocam Verbi hujus vim optimè exprimunt Galli, Germani, & Belgæ, in communi sermone dicentes, *se garder*, *sich hüten*, *sig wagten*. Ad eundem modum, ἐπιίγειν, in Activo, est, *urgere*, sive *impellere alterum*: at ἐπιίγεσθαι, in Medio, *se urgere*, sive *impellere*, i. e. *festinare*. Ἀπάγξαι, *strangulare alterum*: ἀπάγξασθαι, *strangulare se ipsum*. Στεφανῶσαι, *coronare alterum*: στεφανῶσασθαι, *coronare se ipsum*. Λῆσαι, *lavare alterum*: λῆσασθαι, *lavare se*, vel *se alteri lavandum præbere*. Et cum Accusativo, λῆσαι σῶμα, *alterius corpus lavare*: λῆσασθαι σῶμα, *suum corpus lavare*. Ἀμύναι, *ab altero injuriam*, seu *vim propulsare*: ἀμύνασθαι, *à sese injuriam*, sive *vim propulsare*. Προσφέρειν σῆτον, *alteri cibum offerre*: προσφέρεισθαι σῆτον, *sibi ipsi cibum offerre*: quod est ad sensum, *cibum capere*, sive *edere*. Ἀπογράψαι, *nomen alterius in tabulis notare*: ἀπογράψασθαι, *nomen suum in tabulis notandum curare*: quod est ad sensum, *nomen suum profiteri*, veluti in censu, *delectu militum*, &c. Qui enim sic nomina sua profitentur, ἀπογράψασθαι à Græcis dicuntur. Hæc igitur & similia exempla abunde demonstrant, verbis verè Mediis eam, quam diximus, inesse vim: ut scilicet actionem cum passione mixtam, sive actionis in ipsum agentem reflexionem designent.

Notandum verò est, vim illam parum fuisse animadvertam, quòd in plerisque verbis *Mediis* Græcorum interpretandis, ex usu linguæ Latinæ, aliarumque linguarum, sensûs tantùm communis & vulgaris ratio simpliciter haberi solet, neglectâ propriâ & Grammaticâ eorum notatione. Ex. gr. ἐπέλυσθαι simpliciter verti solet, *festinare*: quæ quidem interpretatio rem ipsam per verbum hoc designatam rectissimè exprimit; at non propriam & Grammaticam ejus notionem. Ea enim ex significatione verbi Activi ad hunc modum elicienda est: Ἐπέλυσαι notat *urgere, impellere*: Ἐπέλυσθαι, in Medio, *urgere, sive impellere semet ipsum*; quod *festinantes* facere solent. Ex hoc nimirum interpretandi modo facilè intelligitur, certam vim *reflexivam* (liceat enim mihi barbaro hoc vocabulo compendii gratiâ uti) verbo Medio ἐπέλυσθαι inesse. Sic μισθώσασθαι, si simpliciter vertatur *conducere* (prout ex usu linguæ Latinæ verti solet & debet) non videtur habere vim *mediam, sive reflexivam*, sed merè activam. At verò si Lectori primò in animum revocaveris, μισθῶσαι, in Activo, esse, *locare aliquid alteri*; & deinde ostenderis, significationem hanc *transitivam* per verbum Medium μισθώσασθαι mutari in *reflexivam*, ad hunc modum: *Locare sibi aliquid per alterum*; vel *facere sibi aliquid locari ab alio*, & sic *locatum ab eo accipere*; quod brevius & magis Latinè dici solet, *conducere*: facilè apparebit, in negotio locandi & conducendi, eum, qui *conducit*, tam sustinere personam *patientis*, quatenus ab altero sibi aliquid locari finit, sive locatum ab eo accipit; quàm *agentis*, dum alterum inducit, & impellit, ut sibi aliquid locet. Unde sequitur, τὸ μισθώσασθαι, esse verbum verè Medium, neque vi suâ *reflexivâ* carere. Eadem est ratio verborum horum, δανείσασθαι, χηρῶσασθαι, τίσασθαι, θείσασθαι, &c. Nam δανείσαι, in Activo, significat, *mutuum dare*; δανείσασθαι, in Medio, *facere sibi mutuum dari, sive mutuum accipere*. Χρηῆσαι, *commodare*: χηρῶσασθαι, *fatere sibi commodari, sive commodatum accipere*. Τίσαι, *solvere, quod debitum est*: τίσασθαι, *facere sibi solvi debitam pœnam, i. e. punire, ulcisci, vindicare*. Θείσαι ὑποθήκην, *dare pignus*; θείσασθαι ὑποθήκην, *facere sibi dari pignus, sive pignus accipere*. Θείσας

νόμον, aliis legem ponere, sive ferre: Δέσθαι νόμον, legem sibi ferendam curare: quo sensu nimirum Populi liberi, ut Athenienses, Romani, &c. qui legem sibi à legislatore ferendam curabant, sive qui legem jussu suo latam libenter et sponte accipiebant, apud scriptores Græcos leguntur Δέσθαι νόμον, in Medio; non verò Δείναι νόμον, in Activo: ut suo loco fusiùs demonstravimus.

Ex hisce igitur manifestè apparet, præcipuum disputationis meæ caput, (dari nimirum certa Verba *Media*, quæ tam significatione, quàm naturâ & indole, à Verbis Activis & Passivis differant) à nemine in dubium vocari posse. Quòd si igitur veram differentię hujus rationem, in quibusdam Verbis obscurè tantùm & confusè antea cognitã, in plerisque verò penitus ignoratam, rectè exposui, & ex tenebris quasi in lucem protraxi, operæ pretium me fecisse existimabo. Hâc autem de re penès candidum, neque livore corruptum Lectorem judicium esto. Eos verò, qui animo carpendi potiùs, quàm discendi, mea lecturi sunt, rogatos velim, ut certa ab incertis & dubiis separant, neve, si fortè paucis in locis NOVÆ INVENTIONIS amor me plùs æquo indulgisse senserint, in cæteris quoque idem mihi accidisse, vel sibi, vel aliis nimis temere persuadeant. Certissimum enim est, ut jam diximus, dari Verba quædam *Media*, quorum differentia à Verbis Activis & Passivis non sit imaginaria & adumbrata, sed vera & solida: neque minùs certum est, differentię hujus rationem in mixtione quâdam actionis cum passione, sive in actionis reflexione in ipsum agentem, consistere. Hoc igitur si ita se habet, quòd ad summum saltem disputationis meæ adtinet, res salva est, & extra controversiæ aleam posita: neque ego ab iis, qui hoc opusculum lectione suâ dignum judicaverint, quicquam amplius mihi concedi postulo.

Præterea monendus est Lector, non debere nobis opponi auctoritatem recentiorum Scriptorum Græcorum, ut Plutarchi, Æliani, Herodiani, Heliodori, &c. Illos quippe in adhibendis Verbis Mediis ab usu veterum illorum & probatissimorum Scriptorum, qui soli pro rectè loquendi normâ habendi sunt, interdum discedere observavi. Ex. gr. inter Δείναι & Δέσθαι νόμον, hanc diximus, § ii.

10. esse differentiam, quòd *θεῖναι νόμον* dicatur de Legislatore; at *δέσθαι νόμον* de Populo libero, qui ipse Legem sibi fert, sive (quod eòdem redit) qui legem à Legislatore sibi ferendam curat. Plutarchus tamen in *Poplicolâ*, & in *Pericle*, *δέσθαι νόμον* etiam Legislatori tribuit. Ergo (dicet forsan aliquis) differentia illa nulla est. Sed qui ita argumentabitur, inscitiam suam prodet. Nam ego differentiam hanc probavi ex Demosthene, aliisque florentis adhuc Græciæ Scriptoribus: quibus auctoritas Plutarchi opponi, vel præferri non debet. Ex iisdem ergo Scriptoribus, quos sententiæ nostræ sponsores dedimus, arma contra nos petenda sunt. Et pone, unum atque alterum apud illos reperiri locum, in quo memorata differentia non videatur esse observata: non tamen ideo causâ ceciderim. Nam paucis locis haud tutò creditur, cùm agitur de refellendâ sententiâ, pro quâ infinita pænè exempla militent. Idoneo ergo exemplorum numero saltem opus est, quo persuadeamur, *θεῖναι* & *δέσθαι νόμον* promiscuè & sine ullo discrimine ab optimis Scriptoribus adhiberi.

Quod autem de *θεῖναι* & *δέσθαι νόμον* hîc diximus; de aliis etiam verbis & phrasibus, in hoc libello propositis, de quibus quidem controversia aliqua moveri possit, (nam sunt multa extra omnem controversiæ aleam posita) Lector dictum putet.

DE VERO USU

VERBORUM MEDIORUM

APUD GRÆCOS;

Eorundemque Differentiâ à Verbis Activis et Passivis.

SECTIO PRIMA.

VERBA *Media* apud Græcos sic appellata sunt, non tam quòd terminationem partim *Activam* partim *Passivam* habeant; neque quòd interdum Activè, & interdum Passivè significant; quæ est communis Grammaticorum opinio, vel potiùs error: sed quòd *actionem cum passione mixtam denotent*, & sic inter Verba *Activa* & *Passiva* revera *Mediè* se habeant; & utrique Formæ ita affinia sunt, ut tamen ab utrâque discrepent. Loquor autem hîc de Verbis verè *Mediis*: nam sunt nonnulla, quæ terminationem quidem habent *Mediam*, at significationem merè *Activam*; similia illis quæ *Deponentia* apud Latinos vocantur. Excipio hîc etiam *Præterita Perfecta*, & *Plusquam Perfecta* Verborum Mediorum; quippe quæ naturam & indolem reliquorum Temporum Formæ suæ non sequuntur, sed cum terminatione, etiam significationem *mediam* exuunt, & vel *activam*, vel *passivam* tantùm vim habent.^a Pro his ergo *Præterita Perfecta*

[^a Sic perinde est sive dicas *κατέσφατα τὴν κεφαλὴν*, sive *κατέσφαγεν τὴν κεφαλὴν*, a. 2. *fractus sum capite*. vid. Lyham 4to. p. 84. not.]

Passiva

Passiva (non significatione passivâ, sed mediâ^b;) adhibere solent Græci, & præcipuè Attici; ut passim observare licet.

2. Per *actionem* autem cum *passione mixtam*, i. intelligo eam, per quam ipsi à nobis aliquid patimur; seu quæ in ipsum agentem reflectitur, & per Pronomen Reciprocum *se*, vel *sibi*, vel etiam, additâ Præpositione, per *ad se*, *in se*, *inter se*, &c. exprimi solet. 2. Actionem quæ ab altero in nos transit, sed volentes, curantes, mandantes, jubentes, vel petentes nobis aliquid fieri. Ad priorem speciem (ut pauca tantum ex multis commemorem) pertinent Verba sequentia.

3. Ἀπομύξασθαι, *se emungere*, apud Aristoph. Equit. ver. 906. & alibi passim. At ἀπομύττειν, in Activo, est *alterum emungere*: ut apud Platon. de Rep. lib. i. Κορυζῶνιά σε περιορᾶ, καὶ ἐκ ἀπομύττει δέομενον, *neque te emungit, licet emunctione opus habeas*.

Ἀποψᾶσθαι, *se abstergere*. Aristoph. Equit. ver. 906.

4. Ἀπομόρξασθαι, *itidem se abstergere*, Aristoph. Acharnens. ver. 706. Ὡς ἐγὼ μὲν ἐλέησα, καὶ πεμορξάμην ἰδών.

[^b Præterita passiva in utroque sanè significatione videntur sæpe adhibere scriptores Attici; ἤρημένον δόξαν ἀντὶ τῷ ζῆν, *gloriam præ vitâ eligens*, Dem. Ol. i. § 6. At ἤρημένον passivè *electus*, ἐφ' ἧς ἤρησαι, *imperium in quod es electus*, Xenoph. Memorab. l. iii. c. 3. 2. Ibid. c. 2. 1, &c. Πειποίνησαι ὑπόθεσιν, *fundamentum posuerunt*, Isocr. Parræn. p. 46. Ed. Battie, 1749. Et passivé: πεποίνησαι πρᾶγμα, *res excogitantur*, Arist. Poët. c. x. Ed. Heins. Præteritum passivum verò sensu activo vide apud Jens. Lect. Lucian. in Tyrannicidâ, l. ii. c. 15. Vigerus de Idiotismis, § iii. 15. Sic χράω, *scenori do*; χράομαι, *κέχησμαι*, *mutuum accepi* [malè in vulgatis Lexicis, *κέχημαι*, absque *σ*, notante etiam Salmasio, de Modo Usur. p. 191.]: ἤπλαι, *tetigit*, malè Hederic. *tactus est*: ἤπλαι πρᾶγμα, *rem tetigit*, Dem. c. Midiam, τίδ' ἐνήδακλαι νύξ βᾶς; *Quam adduxit nox infortunii vicem*. Soph. Ajax, ver. 208. κατὰ τὰς ἐμολογίας, ἃς πρότερον ἦσαν πεποινμένοι, *isidem conditionibus, quas antea fecerunt*. Xenoph. l. vi. Exped. Vid. plura apud Markl. Quæstione Grammaticâ, ad finem Suppl. p. 90. Nonnulla libet addere ex N. T. δεδώρησαι, *dedit*, 2 Pet. i. 3, 4. δέδεκλαι, *accepit*, Act. viii. 14. ἐπέτακλαι, *mandavit*, Act. xiii. 47. ὑποδέδεκλαι, *Act. xvii. 11. διαλέλασμένος ἦν, mandaverat*, Act. xx. 13. ἐπήγγελται, *promisit*, Rom. iv. 21. ἤρηνλαι, *abnegavit*, 1 Tim. v. 8. πεπορευμένοι, *ambulantes*, 1 Pet. iv. 3.]

Ὑβὶ ἀπεμορξάμην propriè est *me absterfi*, vel *lacrymas mihi absterfi*: at tropicè, *lacrimatus sum*: quæ significatio ex eo, quod antecedit, elicitur. Ad hunc igitur locum Aristophanis (ut obiter hoc moneam) referenda est nota hæc Hesychii: Ἀπεμορξάμην, ἰδάκρυσα. Idem Aristoph. Acharn. ver. 695. Ἀπομορξάμεν ἰδρῶτα, *qui sudorem sibi absterfit*. Quòd si verò quis activè dicat, ἀπομόρξαι ἰδρῶτα, id significabit, *alteri sudorem abstergere*.

5. Λέειν, in Activo, lavare alterum: at λέεσθαι, vel λέσασθαι, in Medio, lavare se ipsum. Sic λέειν τὸ σῶμα, lavare corpus alterius: at λέσασθαι τὸ σῶμα, proprium corpus lavare. Aristoph. Plut. ver. 85. Ὅς ἐκ ἐλέσας, ἐξ ὅτε περ ἐγένετο, *Qui se non lavit*: vel præcisè, *qui non lavit*: omisso pronomine reciproco; quod Latini in hoc loquendi genere subaudire solent. Epigram. lib. ii. cap. 8. Λέσασθαι πεπύρευσαι Ὀνήσιμ. εἰς βαλανεῖον: *ad lavandum ivit in balneum*. Xenoph. in Sympof. οἱ μὲν γυμνασάμενοι, καὶ χρισάμενοι, οἱ δὲ καὶ λῆσάμενοι παρῆλθον. Ubi λῆσάμενοι, est, *qui se lavârunt*; uti γυμνασάμενοι, *qui se exercuerunt*, & χρισάμενοι, *qui se unxerunt*.

Homer. Odyss. Δ. ver. 48. Ἐς ἧ' ἀσαμίνθης βάνης ἐϋξέσας λέσαστο, *Se lavârunt*, vel *se lavandos præbuerunt*. At proximè post de iis, qui non se, sed alios lavabant, dicit: Τῆς δ' ἐπεὶ ἔνδρα καὶ λῆσαν καὶ χρίσαν ἐλαίῳ. Ubi barbarum foret pro λῆσαν usurpare λέσαστο; & pro χρίσαν, χρίσαστο; etiam si versus id admitteret.

6. Κείρειν, vel κείραι, tondere alterum: quod tonsores facere solent. At κείρεσθαι, vel in Aor. 1. κείρασθαι, *tondere se*: & κείρασθαι κόμην, *tondere sibi comam*. Plerum-

[^c Hoc monitu Kusteri si profecisset poëta nostras, parcius ei obsecram diligentiam objecisset. Lapsus est certè vir summus ad Homeri Il. 4. ver. 45.

Πρὶν γ' ἐν Πάτροκλον θέμεναι πυρὶ, τῆμά τε χεῦσαι,
Κείρασθαί τε κόμην.

Till on the pyre I place thee; till I rear

The grassy mound, and clip thy sacred hair.

Imò verò κείρασθαί τε κόμην, *tototonderoque comam* ΜΕΛΑΜ. Sic enim vox media, sic ritus legendi mortuos postulat, ut μοχ. patet, et ut ipse Hæpicius notat, ver. 135.

que

que verò κείρασθαι, est, *curare se tondendum*, vel *præbere se alteri tondendum*: quo sensu verbum hoc pertinet ad Classẽm secundam; de quâ infrâ.

Ἔσαι & ἀμφιέσαι (ab Ἔννυμι & Ἀμφιέννυμι) *induere alium vestibus*: at ἴσασθαι (Pœt. ἴσασθαι) & ἀμφιέσασθαι (Pœt. ἀμφιέσασθαι) *induere se*. Aristoph. Plut. ver. 937. Δὸς σὺ μοὶ τὸ τριβώνιον Ἴν' ἀμφιέσω τὸν συκοφάντην τειλοῖ. Homer. Od. E. de Calypsone, Ulyssẽm vestibus induente & lavante: Εἴματά τ' ἀμφιέσωσα θυώδεα, καὶ λάσσασα. Et sic passim alibi. At idem Homer. paulò antè, ver. 229. χλαῖνάν τε, χιτῶνά τε ἔννυσ' Ὀδυσσεύς. Et ver. seq. Ἄργυρον φᾶρος μέγα ἔννυλο νύμφη, *Se induebat*. Et Odyss. ψ. Ἀμφιέσασθε χιτῶνας, *Induite tunicas*. Eadem differentia est inter ἀμπίσχειν, & ἀμπίσχεσθαι, seu ἀμπισχυνεῖσθαι: ἐμφιβάλλειν, & ἀμφιβάλλεσθαι: περιβάλλειν, & περιβάλλεσθαι: aliaque hujus generis verba.

ὑποδήσασθαι ὑποδήματα, vel absolutè, ὑποδήσασθαι, *propriè subligare sibi calceos*, i. e. *induere calceos*, vel *calceare se*. Exempla passim obvia. Huic contrarium est τὸ ὑπολύσασθαι, *solvete sibi calceos*; seu *exuere calceos*, apud Aristoph. Plut. ver. 928. et alibi.

7. Λύω, simpliciter *solvo*: at λύομαι, *solvo aliquid eorum*, quæ circa corpus meum sunt: ut apud Aristoph. Lysistr. ver. 930. τὸ σρόφιον ἤδη λύομαι: *jam strophium mihi solvo*. Callim. Hymn. in Del. ver. 208. Λύσαλο δὲ ζώνην: [Latona] *verò solvit sibi cingulum*. Sola nimirum erat Latona: atque aded ipsa sibi solvit. Et in eod. Hymn. ver. 222. Δηλώ τοι μίτρην ἀναλύειαι: *Latona zonam suam solvit*. Et ver. 237. de Iride: Οὐδέποτε ζώνην ἀναλύειαι: *numquam zonam suam solvit*.

Ἄριξί δὲ πάνια νέκυσσ' ἀκαταέηυον, ἃς ἐπέβαλλον
κείρομενοι.

O'er all the corse THEIR scatter'd locks they throw.

Et ver. 140.

Στὰς ἀπάνευθε πρηγῆς ξανθὴν ἀπενείραλο χαίτην.

But great Achilles stands apart in prayer,
And from his head divides the yellow hair.

Vid. & Potteri Archæol. Gr. iv: 5]

8. Στεφανῶσαι, *coronare alterum*. At Στεφανῶσασθαι, *coronare se, vel coronam sibi imponere*. Æschin. in Ctesiphont. p. 285. B. ubi invehitur in Demosthenem, quòd septimo post mortem filiæ suæ die, atque adèd funestus adhuc, hostias jam immolâsset: Στεφανῶσάμεν, ἢ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐβασύται. *Postquam coronam sibi imposuisset, &c.* Aristoph. Eccles. ver. 133. Τί γὰρ ἐστεφανῶσάμην; *Ob quam aliam enim causam coronam mihi imposui?* Inducitur nimirum ibi fœmina loquens, quæ postquam coronam pro more sibi imposuisset, pro concione verba factura erat. Et Lysistr. ver. 602. Λαβὲ ταυτὶ, καὶ στεφανῶσαι: *accipe hæc, & [illis] frontem tibi cinge.* Vide etiã Nub. ver. 1002. & Acharnens. ver. 1144. & Ælian. V. H.

3. 1.

9. Ἀπάγξαι, *strangulare alterum*: Ἀπάγξασθαι, *strangulare seipsum, vel se suspendere*. Xenoph. in Hierone, sive de Regno: λυσίλει Ἀπάγξασθαι τῷ τυράννῳ. Ælian. V. H. 5. 8. πολιάγξαι δὲ ἀπήγξαλο: *Poliagrus verò se suspendit: vel fauces sibi interclusit.* Matt. xxvii. 5. de Judâ: Καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξαλο. Notandum hîc obiter est, Lucian. in Toxar. pag. 42. Edit. Amstel. ἀπάγξει ἐαυτὴν, dixisse, pro ἀπάγξειαι; quòd nescio an imitandum sit.

10. Κόπλομαι, in Passivo, *cædor, ferior, vel percutior ab altero*. At κόπλομαι in Medio, *plango*: i. e. propriè, *me percutio, vel pectus meum percutio*: quòd lugentes facere solent. Sic *plango* apud Latinos (quòd propriè significat *verbero, percutio*; à verbo Dorico πλάσω, pro πλῆσω; uti *rango*, à πᾶσω, pro πῆσω) præcisè dicitur, pro *plango me*; i. e. *verbero me*; præ luctu scilicet & mœrore. Κόπλομαί τινα, cum accusativo, sensu prægnanti, significat, *κόπλομενον πένθειν τινα, plangendo aliquem lugere*. Exempla passim obvia.

Ἐγυῶν, in Activo, tradere alteri, quòd ei promissum vel desponsum est: at Ἐγυῶσθαι, in Medio, se sponso-rem, vel fidejussorem alteri præbere, vel tradere: i. e. (uno verbo) *spondere, vel fidejubere*^d.

[^d Et vid. Lectiones Lysiacæ, c. ix. p. 704.]

11. Ἀναμνήσκω, vel Ἀναμνήσαι, in memoriam aliquid revocare alteri. At ἀναμνήσκεισθαι, vel ἀναμνήσασθαι, sibi in memoriam aliquid revocare; vel brevius, recordari, reminisci. Exempla passim obvia. Sic Germani. *Sich erinnern*: & Galli, *se resouvenir*.

12. Ἀπέχω, in Activo, propriè *abs teneo*, i. e. *procul teneo ab aliquâ re*: cui contrarium est, *admoſeo*. Aristoph. in Pace ver. 161. Ἀπέχειν τὴν ῥῖν' ἀπὸ κάκκης: *Nasum à stercore abducere*. At ἀπέχομαι, in Medio absolutè positum, idem est, quod ἀπέχω ἑμαυτὸν, i. e. *me abs teneo*, (pro quo apud Latinos præcisè dici solet *abstineo*, subaudito Pronomine *me*) ut ἀπέχεσθαι οἶνον, σίτην, &c. *abstinere vino, cibo, &c.* Interdum etiam transit in rem: ut ἀπέχεσθαι χειρᾶς, manus suas abstinere; apud Homer. & Demosth. pro quo etiam dicere quidem liceat ἀπέχειν χειρᾶς, in Activo (utì suprâ in memorato loco Aristophanis, ἀπέχειν ῥῖνα, *nasum suum abducere*, pro ἀπέχεσθαι) sed non vice versâ, pro, manus alterius ab aliquo prohibere, fas sit dicere, ἀπέχεσθαι χειρᾶς. Hæc observatio, quia est magni usûs, inferiùs etiam plùs semel inculcabitur.

13. Ἐπέλω, activè, *impello, urgeo*: ἐπέλομαι, in Medio, *me impello*, vel *urgeo*, i. e. *festino*. Sic πορεύω, in Activo, *transfero, transporto, ire vel venire facio alterum* (vide Eurip. Med. ver. 180. Hippol. ver. 755. Hecub. ver. 447. & alibi): at πορεύομαι, in Medio, *me ex uno loco in alterum transfero, seu me ire vel venire facio*, i. e. *eo, proficiscor*. Eiusdem indolis etiam sunt verba sequentia; Πλανᾶω, *errare facio alterum*: Πλανῶμαι, *errare facio me*, i. e. *erro*. Ἴστημι, *statuo, vel stare facio alterum*: Ἴσταμαι, *statuo me, seu stare facio me*, i. e. *sto*. Sic ἀνίσταμαι, *surgo*, i. e. propriè, *surrigo me, vel erigo*. Ἴζω, & καθίζω, *federe facio alterum*: Ἴζομαι & καθίζομαι, *federe me facio*, i. e. *sedeo*. Στέλλω, *mitto alterum*: Στέλλομαι, *mitto me*, i. e. *eo, proficiscor, venio*. Ἀναπαύω, *facio requiescere alterum*: Ἀναπαύομαι, *facio requiescere me*, i. e. *requiesco*. Ἀισχύνω, *pudofacio alterum*: Ἀισχύνομαι,

[^e Appositè Philo Judæus, vol. i. p. 44. SS. Legum Allegor. l. i. Εὐ μέγιστο ἔ τὸ φάσαι κατέπαυσεν, ἔχι ἐπαύσατο ΠΑΥΣΙ μὲν γὰρ τὰ θεοκῆρα

μαι^f, pudefacio me, i. e. *puget me*. Φοβέω, terreo alterum: Φοβῶμαι, terreo me, i. e. *timeo*. Φαίνω, apparere facio alterum: Φαίνομαι, apparere facio me, i. e. *appareo*. Κοιμάω, facio dormire, vel cubare alterum: Κοιμῶμαι, facio dormire me, i. e. *dormio*. Κέω, facio cubare alterum (hanc enim significationem verbum hoc obsoletum olim habuisse puto :) Κεῖμαι, facio cubare me, i. e. *jaceo*. Ἐπιω, (quantum quidem ex compositis, ἀμφιέπω, ἐφέπω, & μεθέπω, colligere licet) olim videtur propriè significâsse, *agito, incito*: unde ἔπομαι, (posito nempe simplici pro composito μεθέπομαι: ut θέσθαι interdum fungitur vice τῷ ἀποθέσθαι, & περιθέσθαι: ut alia ejus generis hîc taceam) propriè notat, me agito, vel incito post alium, i. e. *sequor*. Neque dubium est, quin in Verbis ἴκομαι, δύναμαι, ἐπίσταμαι, μιμῶμαι, ἔρχομαι, ἠγέομαι, aliisque similibus, eadem vis significationis mediæ insit; quamvis id hodie vix demonstrari queat, quoniam non ampliùs constat de propriâ significatione, quam verba illorum Activa, quæ usus jamdudum abdicavit (si tamen unquam in usu fuerunt) olim habuerunt. Nam ad investigandam significationem *Mediam* nobis præire debet notio Verbi Activi: quæ si vel ignoretur, vel obscura sit, latebit etiam vera vis verbi Medii. Unde Verba dictæ Formæ, quorum significatio Media non statim in oculos quasi incurrit, non illico pro Activo-Mediis (sic enim appellare mihi liceat Verba illa, quæ comparari possunt cum *Deponentibus* apud Latinos) habenda sunt; sed considerandum paulisper, annon significatio illorum, mixta ex notione verbi Activi bene intellectu & perspectâ, erui possit.

14. Φυλάττω, in Activo, custodio, observo, vel fervero alterum: Φυλάττομαι in Passivo, custodior, vel fervor ab

κῆλα ποιεῖν, ἢ ἐνεργῶντα. ἢ ΠΑΥ'ΕΤΑΙ δὲ ποιῶν αὐτός: *resdè verò dicitur quiescere fecit, non QUIEVIT: QUIESCERE enim FACIT ea quæ videntur operari, ipsa non agentia; at ipse opifex non quiescit, vel, si ipse non desinit operari. Malè vertitur QUIESCUNT enim quæ videntur operari. Eadem est oppositio in utroque sententiæ membro.]*

[^f αἰσχύνομαι, pudefacio; φοβέομαι, timeo; φαίνομαι, appareo, frequentius, ni fallor, in voce passivâ. Vid. mox n. 35.]

altero;

altero ; quo sensu captivi, oves, bona, leges, &c. φυλάττεσθαι dicuntur. At φυλάττομαι, in Medio, custodio me adversus alterum ; vel prospicio mihi adversus alterum : i. e. uno verbo, *cauteo*. Vim verbi hujus Græci optimè exprimunt Galli, dicentes, *je me garde* : itemque Germani, *ich hüte mich* : & Belgæ, *ik waagte my* &c.

Τρέπομαι, *verto*, vel *converto me ad aliquid*. Theophrast. in Charact. Proæm. Τρέφομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον. Aristoph. Ran. ver. 37. Οἱ πρῶτά με ἴδει τραπέσθαι : *quò primùm me divertit oportebat*. Idem Vesp. ver. 980. ἐπὶ τὰ βελίω τρέπῃ : *ad meliora te converte*. Xenoph. de Instit. Cyr. lib. vii. p. 198. Β. Εἰ μὲν τρεψόμεθα ἐπὶ ῥαδιουργίαν καὶ ἰδυπάθειαν : *Si deflexerimus ad, &c.* Vide etiam mox verbum Ἐκτρέπεσθαι.

15. Ἀντιτάττειν, *opponere aliquem alteri* : Ἀντιτάττεσθαι, vel ἀνιτάξασθαι, *se alteri opponere, vel alteri obfistere* ; diciturque cùm de aliis, tum præcipuè de iis, qui se àcie instructâ hosti opponunt : ut apud Demosth. Olynth. 3. & alibi passim. Vide etiam infra Τάξασθαι, Num. 28.

16. Εἰσοικίζω, *activè, in domum, sedem, vel locum habitandi causâ aliquem introduco, seu recipio*. Εἰσοικίζομαι, in Passivo, *ab altero in domum, sedem, &c. introducior*. At εἰσοικίζεσθαι, in Medio, *se ipsam in domum, vel sedem aliquam inferre, i. e. in domum aliquam migrare*. Eadem est ratio verbi contrarii ἐξοικίζω, & ἐξοικίζομαι, Æschin. in Timarch. p. 187. Β. Ἐὰν δ' ὁ μὲν ἐξοικίσῃται (malè in Edit. Wolf ἦσῃται) εἰς δὲ τὸ αὐτὸ ἐργασῆριον χαλκῆος εἰσοικίξῃται (malè & hîc . . . ἦσῃται) χαλκῆιον ἐκλήθη. i. e. *Ubi is emigrârit, & in eandem officinam faber ferrarius immigrârit, &c.* Sic Synes de hirundinibus : Εἰσοικίζονται μὲν μετὰ τῆ φθέγγεσθαι· σιωπῶσαι δὲ ἐξοικίζονται : *immigrant in domos cum cantu ; sed cum silentio inde exeunt, vel emigrant* : hieme scilicet instante. Sic ἀνοικίσασθαι, apud Thucyd. l. v. c. 58. Πείθει Χαλκιδέας ἀνοικίσασθαι εἰς Ὀλυμπον. *Ubi ἀνοικίσασθαι est, se in mediterranea loca habitandi causâ conferre*. Nam qui ad mare habitant, κάτω οἰκεῖν dicun-

[g Kusteri vid. Præf. p. iii. Hutchinson in Cyr. Anab. l. ii. p. 144. 8vo.]

tur: ut apud eund. Thucyd. l. i. c. 7. in fin. cui ibid. opponitur τὸ ἀνοικίζεσθαι. Vid. eund. l. i. c. 120. ubi τοῖς κάτω, à Schol. rectè exponitur, τοῖς παραλίοις, i. e. *ad mare sitis.*

17. Ὀρέσω, activè, extendo, protendo, porrigo; ut ὀρέσειν χεῖρα: at ὀρέσομαι, in Medio, me porrigo, me extendo; i. e. manus meas extendo ad aliquid accipiendum. Homer. Odyss. φ. Ἐνθεν ὀρεξάμενη ἀπὸ πασσάλου αἰνυλο τόξον: *Manus porrigens de paxillo detraxit arcum.* Et cum genitivo, ὀρέσεσθαι τινι, manus ad aliquem protendere. Homer. Iliad. ζ. Οὐ παιδὸς ὀρέξαλο φαίδιμο Ἑκτορι: *Ad filium suum manus porrexit Hector.* Et cum dativo, ὀρέσεσθαι χειρὶ, (propriè se protendere manu) i. e. protendere, vel porrigere manum, aliquid captandi causâ: ὀρέσεσθαι δορὶ, protendere hastam, &c. Homer. Il. ψ. 99. Ὡς ἄρα φωνήσας, ὀρέξαλο χερσὶ φίλησιν, οὐδ' ἔλαβεν. *Sic locutus, porrexit manus suas ad [Umbram Patrocli;] nec tamen cepit.* Vel dici etiam potest, τὸ ὀρέσεσθαι in hâc constructione, simpliciter habere significationem *captandi*, vel *appetendi*; ex consequenti nimirum. Nam manus porrigere solemus ad ea, quæ captamus, vel appetimus. Unde patet, quare τὸ ὀρέσεσθαι per metaphoram significet, *desiderare*, *concupiscere*, vel *appetere.*

18. Ἐκτρέπεσθαι τῆς ὁδοῦ, *se divertere de viâ*, ut ita loqui mihi liceat; seu *de viâ deflectere*, apud Ælian. V. H. xiv. 49. & alios. Unde ἐκτρέπεσθαι τινα, cum accusativo, sensu prægnanti significat, de viâ deflectendo aliquem declinare, vel evitare: & inde simpliciter, aliquid fugere, declinare, vel evitare.

19. Αἶρω, in Activo, simpliciter significat *tollo*: at Αἶρομαι, in Medio, *in me aliquid tollo*, ut sic loqui mihi liceat; seu, *mibi*, (vel humeris meis) *aliquid impreso portandum*; & ex consequenti, *porto*. Neque subaudiendum hic est ἐπ' ὤμων, vel ἐπὶ κεφαλῆς, ut Henr. Stéph. putat; sed τὸ αἶρομαι dictam significationem per se habet. Aristoph. Ran. ver. 32. Τὸν ὄνον ἀράμενον φέρε: *Asinum humeris impositum porta.* Et ver. 607. αἶρεσθαι τὰ σρώματα: *tollere sarcinas portandas*; vel simpliciter, *portare.* Ælian. V. H. iii. 22. Ὅ, τι βέλεια ἀποφέρει ἀράμενον: *Auferet*

Aufert in humeros sublatum. Potest tamen majoris claritatis gratiâ interdum addi ἐπ' ὤμων, ut apud Ælian. V. H. xii. 22. Nisi tamen τὸ ἀράμεν, ibi referendum est ad sequens ἔφερον. Sic enim ibi legitur: Καὶ τέλ' ἀράμεν ἐπὶ τῶν ὤμων ἔφερον. Sed utro modo accipias, parum interest. Si enim τὸ ἐπ' ὤμων referendum est ad ἀράμεν; distinctionis gratiâ id additum esse intelligi oportet; quoniam ἀρασθαι etiam ille dicitur, qui in caput sublatum aliquid portat. Hinc per Metaphoram, ἀρασθαι πόλεμον, bellum suscipere, cùm alibi, tum apud Demosth. Orat. de Pace, p. 2. and Thucyd. lib. i. c. 125. pro quo barbarè quis dixerit, αἶρην πόλεμον, in Activo: ne quis putet promiscuè ista usurpari posse. Et συναίρεσθαι τινι πόλεμον, κίνδυνον, &c. in bello, periculo alicui esse adiutorem & socium: vel, ut ad significationem propriam clariùs alludam, onus belli, periculi, unà cum aliquo in se tollere, vel suscipere. Dicitur etiam συναίρεσθαι τινι τῷ πολέμῳ (ut apud Thucyd.) cum genitivo rei: ubi subauditur nomen μέρ: ut integra phrasis sit, συναίρεσθαι τινι μέρ τῷ πολέμῳ. Interdum Dativus personæ omittitur; ut apud Demosth. Olynth. i. ἐτόίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα.

20. Πέμπω, non solùm significat mitto; sed etiam deduco, seu curo aliquem ducendum, vel deducendum eò, quò pervenire cupit: quo sensu accipitur apud Homer. Odyss. E. ver. 37. & 140. Hinc πέμπομαι, in Medio, significat, curo aliquem ducendum, vel deducendum ad me: i. e. arcesso. Idem ergo notat quod compositum μελαπέμπομαι, cujus multò frequentior usus est. Simplex autem πέμπομαι dicto sensu legitur apud Eurip. Hecub. ver. 377. Orest. ver. 107 & 111. quamvis Henr. Steph. nullo veteris Scriptoris testimonio notionis hujus fidem Lectori faciat.

21. Προσφέρω, in Activo, offero, præbeo, admoveo: at in Medio, προσφέρομαι, offero me, præbeo me, infero me: ut apud Xenoph. Inst. Cyr. lib. 1. p. 15. C. Καὶ ὡς εἶδεν κάπρον ἐξ ἐναντίας προσφερόμενον: & ut vidit caprum ex adverso se inferentem: i. e. irruentem. — Et apud Plutarch. in Galb. Προσφερόμεν γυμνῷ τῷ ξίφει: cum nudo

gladio se inferens, vel irruens. Item cum Dativo personæ, προσφέρεισθαί τινι, eleganter dicitur ille, qui se offert, vel præbet erga aliquem, hoc vel illo modo. Ad Hebr. xii. 7. Ὡς υἱοῖς προσφέρειται ὑμῖν ὁ Θεός: *Deus se gerit erga vos ut filios.* Propriè ibi vetus Interpres, *offert se vobis.* Plura exempla passim obvia sunt. Alio sensu προσφέρεισθαι, in Medio, dicitur de illo, qui cibum vel potum capit: i. e. propriè, qui cibum vel potum ori suo admovet. Æschin. contra Timarch. p. 190. Β. Κελευσίῳ λέσασθαι, καὶ σῖτον προσενέγκασθαι: *jubentibus se lavare, et cibum capere.* Vide etiam Ælian. V. H. iii. 31. At in Activo, προσφέρειν τινὶ σῖτον, φάρμακον, &c. est, præbere, vel porrigere alicui cibum, medicamentum, &c. quæ qui manu capit, & ori suo admovet, vel inferit, dicitur προσφέρεισθαι, ut jam monuimus. Medicus ergo ex. gr. ἄγριος προσφέρει φάρμακον: at æger ipse προσφέρειται: & mater puero προσφέρει ἄρτον, κρέας, &c. at puer ipse προσφέρεται. Et uti, προσφέρεισθαι, in Medio (ut diximus) interdum significat cibum vel potum capere: ita τὰ προσφερόμενα, passivè interdum dicuntur ipsi cibi, & ipsa ποσάλα, quæ capiuntur: quatenus nempe passivum illud respicit Medium προσφέρομαι; non verò quatenus refertur ad Activum προσφέρω. Posteriore enim sensu passivum προσφερόμενα, non pòtest dici de *cibis & poculis*, quatenus capiuntur (i. e. eduntur & bibuntur) sed tantùm quatenus alicui ab altero offeruntur, & admoventur; licèt is, cui offeruntur, ea non capiat. Nam Activum προσφέρω, simpliciter significat alteri aliquid admoveo, offero, præbeo, &c. neque propriè de *ciborum oblatione dicitur, & iis, quæ in alimentum cedunt*; ut non sine insigni errore statuit Foësius in Oecon. Hippocr. V. προσφέρειν (deceptus nimirum significatione verbi Medii προσφέρεισθαι) sed etiam de quibusvis aliis rebus, quæ alicui quocunque modo offeruntur, admoventur, vel præbentur. Hinc dicitur, προσφέρειν τινὶ μηχανήν, δῶρον, θυσίαν, χεῖρα, δᾶδα, λόγους, &c. Et Medicus, ex. gr. non solùm dicitur προσφέρειν, cùm ægroto medicamentum *edendum* vel *bibendum* offert, sed etiam cùm alia quævis curandi causâ, corpori ejus applicat, vel admovet: ut ex Hip-

pocrate,

postrate, Galeno, aliisque Scriptoribus Medicis constat. Hinc passivè τὰ προσφερόμενα, non solum dicuntur medicamenta, quæ Medicus ægroto edenda vel bibenda offert; sed etiam quævis alia βοηθήματα, seu morborum auxilia, ut venæ sectio, cataplasmata, balneum, &c. Vide Foësium loco laudato.

22. Ἐγκαλύπτειν, obtegere, seu obvelare alterum: Ἐγκαλύφασθαι, obtegere seu obvelare se, vel faciem suam. Aristoph. Nub. ver. 733. Οὐκ ἔγκαλυφάμεν ταχέως τὸ φροντιστῆς; *Annon caput tibi obteges, & sic quàm primum aliquid meditareris?* seu, ut magis Latinè dicam: *Quin capite obtecto illico aliquid meditari incipere.* Ælian. V. H. xii. 47. Ἡ δὲ Ἀριστομάχη εἶπετο, δι' αἰδῆς ἔγκαλυπτομένη: *præ verecundiâ faciem suam velans.* Isocrat. Trapezit. ἔγκαλυφάμεν ἔκλαιε: *Postquam caput suum operuisset, (seu capite aperto) flevit.* Et cum accusativo, ἔκαλύφασθαι κεφαλὴν, apud Plutarch. in Coriol. quod exemplum adducens Henr. Steph. in Thes. L. G. putat, τὸ ἔκαλύφασθαι, simpliciter hic positum esse pro Activo ἔκαλύφαι: errore manifesto, eodemque communi. Nam ἔκαλύφαι τὴν κεφαλὴν, est, caput alterius obtegere: at ἔκαλύφασθαι τὴν κεφαλὴν, caput suum obtegere: sensu reciproco. Eadem est ratio Verborum Mediorum, κατακαλύφασθαι, παρακαλύφασθαι, περικαλύφασθαι, συγκαλύφασθαι, προκαλύφασθαι. De postremo tantum verbo addam; illud propriè quidem significare, *se prætegere*, ut sic loqui mihi liceat: sed eleganter interdum (sensu scilicet prægnanti) usurpari pro, prætendi sui causâ aliquid obtendere, vel prætendere: ut apud Platon. in Protag. p. 196. Πρόσχημα ποιῆσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι τὰς μὲν ποίησιν, τὰς δὲ αὐτῶν, &c. i. e. *alios quidem pœsin sibi prætendentes, sive pro prætextu assumptentes; alios: &c.*

23. Ἄρχω, & Ἀρχομαι, utrumque ab Henr. Steph. aliisque Lexicographis, exponitur *incipio, initium facio*: quasi notio illa utriusque verbo simpliciter, & sine ullo sensûs discrimine conveniret. Differunt autem hæc duo verba eo, quod Activum Ἄρχω semper relationem habeat ad alios, significetque *prior incipio*; seu *incipio ideo*

ut alii me sequantur; seu exemplo meo aliis præbeo initium
 Ἐξ αὐσῆς aliquid faciendi; seu aliis præbeo ad aliquid fa-
 ciendum: Ἀρχομαι verò, in Medio, ipse mihi præbeo ad
 aliquid faciendum; seu simpliciter, incipio aliquid facere,
 nemine quamvis sequente. Xenoph. lib. iv. Ἑλλην. p.
 516. E. Ἐπειδὴ ἀρχάντων Κορινθίων, πάλιν καλεσκήνωσαν εἰς
 τὸ ἀρχαῖον στρατόπεδον. Ubi interpr. fatis recté: *Deinde*
facientibus ejus rei initium Corinthiis, &c. Ælian. V. H.
 ii. 4. Ὁμολόγησεν, ὃ μόνον κοινῶς εἶναι τῷ Χαρίτωνι,
 ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀρξαι τῆς ἐπιβελῆς, i. e. *se Charitoni au-*
ctorem fuisse insidiarum: seu Charitoni consilio suo prævisse
ad insidias. Thucyd. l. i. c. 49. Μάχης δὲ ἐκ ἤρχον:
Non incipiebant priores pugnare. Homer. Iliad. ψ'. ver.
 12. Ὡς ἔφατ' οἱ δ' ὤμωξάν ἀλλήεες ἤρχε δ' Ἀχιλλεύς: ubi
 Ἀρχεῖν non est simpliciter incipere: sed ideo incipere ut
 alii sequantur. Sic compos. ἐξάρχω, & κατάρχω. Hom.
 Il. ψ'. ver. 17. Τοῖσι δὲ Πηλεΐδης ἀδινῆ ἐξῆρχε γόοιο: *illis*
verò Achilles lugubrem fletum præiuit. Xenoph. Inst.
 Cyr. l. i. p. 14. Οὐχ ἄ κρείστων ἦδει ὦν, ταῦτα πρὸ κα-
 λεῖτο τῆς συνότας, ἀλλ' ἄπερ εἶ ἦδει ἐαυτὸν ἥτιονα ὄντα,
 ταῦτα ἐξῆρχε: *Non ad ea provocabat sodales quibus se su-*
periores nōrat: sed quibus certò sciret se inferiorem esse, ea
prior facere incipiebat, ad hoc, ut alii se sequerentur. Tot
 verbis opus est, ut vim unius vocis ἐξῆρχε exprimas. Se-
 quitur ibidem apud Xenoph. Καὶ κατῆρχεν ἦδη ἀναπηδῶν
 ἐπὶ τῆς ἵππου, ἢ διακοιλιέμενος, &c. *Et aliis præeundi cau-*
sâ, primus in equum insiliebat; vel jaculando [cum sodali-
bus] certaturus vel, &c. Idem de Lacedæmon. Republ. p.
 683. A. Νομίζοντες ἦν αὐτοὶ κατάρχουσι τῷ πείθεσθαι, ἔψε-
 θαι καὶ τῆς ἄλλης. Hâc significatione verbi activi ἀρχω,
 posita & demonstrata, facile est inde intelligere & cog-
 noscere vim verbi Medii ἀρχομαι. Illud tantum hîc ob-
 servandum est; τὸ ἀρχεσθαι, triplicem habere notionem,
 & 1. dici de eo, qui neminem habet præeuntem; licet sint,
 qui sequantur, (quò sensu is qui ἀρχεῖ, etiam dici potest
 ἀρχεσθαι: ut apud Thucyd. lib. i. c. 144. Πολέμῳ δὲ
 ἐκ ἀρχόμενον, ἀρχομένους δὲ ἀμυνόμεθα. 2. De eo, qui nemi-
 nem nec præeuntem, nec sequentem habet. 3. De eo,
 qui præeuntem quidem habet, sed neminem sequentem.

Duæ priores notiones sunt reciproçæ, & ad primam, de quâ nunc agimus, Verborum Mediorum Classẽm pertinent. At tertia notio infrâ in Classe secundâ, ubi suus ei locus est, exponetur.

24. Προσποιέω, & προσποιῆμαι, Henr. Steph. planè confundit; qui & inter reliqua verba Media & Activa per totum Thesaurum suum nullum ferè discrimen statuit. At verò προσποιῶ, in Activo, est, facio, ut alteri aliquid accedat, vel acquiratur; προσποιῆμαι, in Medio, facio, ut mihi aliquid accedat, vel acquiratur: seu, meum aliquid facio: vel mihi aliquid acquirò, vindico, tribuo, sumo, seu rebus meis adjicio, &c. Thucyd. lib. ii. princip. Βαλόμενοι τὴν πόλιν Θηβαίοις προσποιῆσαι: volentes urbem Thebanorum ditioni adjungere; vel efficere, ut Thebanorum ditioni urbs adjungeretur. Ubi barbarum foret, pro προσποιῆσαι adhibere Medium προσποιήσασθαι. Idem lib. iii. c. 70. Πειπεισμένοι Κερυνθίοις Κερκύρον προσποιῆσαι. Vide eundem lib. ii. c. 85. Demosth. in Aphob. i. p. 555. A. ubi loquitur de iis, qui bonorum suorum tutores & administratores fuerant: Καὶ ὅσα ἐξ αὐτῶν περιεγίγνωτο, ταῦτα προσποιεῖν. Quod Budæus (quem Henr. Steph. sequitur) vertit, et quæ inde superfuissent, in rem suam vertere. Imò hoc foret προσποιεῖσθαι. Tutores autem dicuntur προσποιεῖν, in Activo, cùm reditus ex bonis pupilli superantes, neque ad sustentationem ejus necessarios, non suæ, sed ipsius pupilli forti & patrimonio adjiciunt: quo quidem sensu verbum hoc in dicto loco Oratoris accipiendum esse, ea, quæ sequuntur, manifestò suadent. Unde apparet, quàm facilè in Græcis Scriptoribus interpretandis labi & errare possint, qui verum discrimen inter verba Media & Activa ignorant. Addam nunc unum & alterum exemplum de Verbo Medio προσποιεῖσθαι. Thucyd. l. i. c. 8. Προσποιεῖντο ὑπηκόοις τὰς ἐλάσσους πόλεις: minores civitates suæ ditioni adjungebant, vel addebant. Idem l. i. c. 44. Ἐκάτεροι τὴν νίκην προσποιήσαντο: Utrique victricem sibi vindicabant. Aristoph. Eccles. ver. 866. Δέδοικα γὰρ . . . μὴ προσποιῆ τῶν χρημάτων: Timeo enim ne partem bonorum tibi vindices. Et Equit. ver. 215. Τὸν δῆμον αἰεὶ προσποιεῖ. Quod Frischlinus pessimè reddidit:

dit: *Quidvis simula apud plebem.* Verus sensus est, populum tibi semper concilies, seu ad partes tuas pertrahas; vel, populum tibi semper addictum & faventem habeas. Et προσποιῆμαι, cum Infinitivo. Demosth. Orat. de Pace, p. 22. C. Πάντα ὅσα φαίνομαι βέλτιον τῶν ἄλλων προορᾶν, ἢ προσποιήσομαι δι' ἑδὲν ἄλλο γινώσκειν, πλὴν, &c. Ubi προσποιεῖσθαι, est, sibi aliquid sumere, vel arrogare. Sic ergo locum vertes: *De illis autem rebus, quas videor melius prævidere, quàm alii, non id mihi sumo, ut eas ullam aliam ob causam cognitas habeam, quàm, &c.* Et quia illi, qui *simulant*, aliquid sibi assumunt, tribuunt, vel affingunt; hinc προσποιεῖσθαι, interdum significat *simulare*. Exempla passim sunt obvia. Et uti προσποιεῖσθαι habet significationem reciprocam; ita etiam τὸ περιποιεῖσθαι; ut apud Thucyd. l. i. c. 15. princ. Ἰσχύον περιποιήσαντο ἕκ ἐλαχίστην: *potentiam non parvam sibi compararunt.* Exempla alia passim occurrunt. Ejusdem indolis sunt verba εἰσποιεῖσθαι (ut εἰσποιεῖσθαι υἱόν, *filium sibi adsciscere, seu adoptare*) μείαπειεῖσθαι, & ὑποποιεῖσθαι.

25. Θέσθαι τὰ ὅπλα, pro περιθέσθαι, (simplex pro composito) propriè, arma sibi circumponere, i. e. induere, capere. Thucyd. l. ii. c. 2. Θέμενοι τὰ ὅπλα^h. Quod Scholiastes interpretatur, περιθέμενοι ἑαυτοῖς. Demosth. adv. Mid. p. 405. C. Ἵπὲρ τῆ δῆμος δέμενοι τὰ ὅπλα: *Armis pro populo sumtis.* Æsch. in Timarch. p. 175. A. Τῆ πόλει, ἰπὲρ ἧς τὰ ὅπλα μὴ τίθεσαι: *Urbi, pro quâ arma non capis.* Xenoph. lib. vii. Hellen. p. 631. D. Ἐναντία ἔθετο τῷ Ἀρμοσῆ τὰ ὅπλα. Demosth. adv. Aristocr. p. 430. C. Οὔτε γὰρ τῶ ὑμετέρῳ στρατηγῶ ἑναντία θέσθαι τὰ ὅπλα ἔμελλον. Ælian. V. H. iii. 43. in fin. Συβαρίται Κροτωνιάταις ἑναντίον ὅπλα θέμενοι: *cùm adversus Crotoniatas arma cepissent.* Et, πόλεμον θέσθαι τινί, bellum adversus aliquem suscipere, vel alicui inferre, apud

[^h Scholiasten verba dedisse Kustero contendit Clericus; ibique veri debuisse *armis positis*; scil. refrigerii causâ, facilè resumendis. Vid. in Præf. p. ult.]

Eurip. Orest. ver. 14. At δεῖναι πόλεμον, foret bellum alicui excitare; seu efficere, ut alteri bellum inferatur. Sic & in aliis loquendi generibus, δεῖναι & θέσθαι differunt. Ex. gr. θέσθαι ἄλοχον, apud Hesiod. in Theog. ver. 886. est, uxorem sibi adsciscere, seu ducere: at δεῖναι ἄλοχον, foret, uxorem alteri dare, seu jungere: eodem scilicet modo, quo ποιεῖν, & ποιεῖσθαι ἄκοιτιν, inter se differre, docemus, infra § 32. Par discrimen intercedit inter δεῖναι, & θέσθαι νόμον: ut infra in Classe secundâ exponetur.

26. Προσάγομαι, ad me adtraho, allicio, &c. Plato lib. v. de Repub. princ. Ἐκτείνας τὴν χεῖρα, καὶ λαβόμενος τῆ ἱματίῃ παρὰ τὸν ὤμον, ἐκεῖνον προσηγάγelo: eum ad se adtrahit. Eurip. Androm. ver. 225. Τῆ ἀρετῆ προσηγόμην Πόσιν: Virtute mihi conciliaui maritum. Aristoph. Avib. ver. 141. Οὐκ ἔκυσας, ἐ προσεῖπας, ἐ προσηγάγεις: Non osculatus es (puerum), non allocutus es, neque ad te pellexisti. Idem Eccles. ver. 881. de aniculâ, quæ cantu suo adolescentem formosum ad se pellicere conabatur: Ὡς . . . προσάξεσθαι τινα ἄδυσσα. Xenoph. lib. iii. Ἀπομνημ. p. 766. Ε. Συμμάχους καὶ βοηθούς προσάγεσθαι: Socios & adjuutores sibi conciliante. Et προσάγεσθαι, in potestatem suam redigere. Thucyd. l. i. c. 99. Ῥάδιον ἦν προσάγεσθαι αὐτοῖς τὲς ἀφισαμένους, i. e. facile illis erat, eos, qui defecerant, in potestatem suam redigere, Anglicè, to reduce. At Activum προσάγω, simpliciter & absolutè hoc sensu numquam usurpatur. Nusquam enim reperias, προσάγειν τινα, pro ad se aliquem adtrahere. Idem discrimen etiam intercedit inter verbum ἐπάγω, & ἐπάγομαι.

27. Ἐπισπάσασθαι τὴν θύραν, januam ad se trahere, i. e. claudere, ap. Lucian. in Catapl. & Amor. Sic ἐπισπάσασθαι κακὸν, arcessere sibi malum: ἐπισπάσασθαι οἶνον, trahere ad se vinum, i. e. bibere.

Παρσπάσασθαι, non est simpliciter, partem à latere avellere, seu abstrahere; sed partem sic avulsam ad se trahere. Xenoph. Ἑλλην. lib. iv. sub fin. Τῶν πόλεων παρσπάσᾶτό τις τῆ Φαρμακάζε. Sic Demosth. Olynth. i. Μὴ παρσπάσῃταιί τι τῶν ὄλων. Phil. de vitâ Mos. lib.

iii. Τῶν νεωκόρων τῶν ἱερέων τιμὴν παρασπάσασθαι βεβλή-
θῆντων.

28. Ἄγεσθαι γυναῖκα, *ducere uxorem*. Hesiod. Ἔργ. κ' Ἡμ. ver. 800. Ἐν δὲ τετάρτῃ μηνὸς ἄγεσθαι εἰς οἶκον ἀκοίλιν. Eurip. Orest. ver. 248. Εἰ δ' ἄλοχον ἄγεται. Xenoph. de Republ. Lacedæm. princip. Ὅποτε βέλοιντο ἕκαστοι γυναῖκα ἄγεσθαι. Et sic passim alibi. Facile autem apparet, quare Græci ἄγεσθαι γυναῖκα dixerint, non ἄγειν. Nam sponsi sponsas die nuptiarum sibi, & domum suam ducebant, easque domum ita deductas, sui juris quasi faciebant: qui sensus minimè exprimi potest per Activum ἄγειν γυναῖκα. Hoc enim foret, uxorem suam, vel alienam, aliquò ducere; veluti in urbem: aut, fœminam *præ se agere*; ut pastor oves *præ se agere* dicitur. Hinc apparet quàm malè hæc confundant viri docti. Vide Indicem Æliani V. Ἄγειν.

Τάξασθαι, se instruere, vel in ordinem redigere. Synes. Ταξάμενοι ἔν περιέμενον, ὡς, εἰ ἐμβάλωμεν, ἀμυνόμενοι: *Instructi nos expectabant, tanquam vim propulsaturi, si eos invaderemus*. Thucyd. lib. i. c. 48. Οὕτω μὲν Κερκυραῖοι ἰτάξαντο: *Sic quidem Corcyraei aciem suam instruxerunt*. Vide etiam suprâ Ἀντιτάξασθαι.

29. Παρασκευάσασθαι, se instruere, se parare, vel accingere ad aliquam rem. Xenoph. Ἑλλην. lib. iii. p. 490. Α. Παρασκευασάμην μὲν ἔγωγε μάχεσθαι, *paratam me ad pugnam*. Idem Ἑλλην. lib. i. sub princ. παρασκευασάμενοι ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν. Idem lib. vii. Ἀναβ. p. 406. D παρασκευασάμενοι ἀναμενεῖτε. Thucyd. lib. i. c. 105. Οἱ δὲ Κορίνθιοι παρασκευασάμενοι ἡμέρας δώδεκα μάλισα. Plura exempla passim obvia.

30. Πορίζω, suppedito, præbeo aliis: πορίζομαι, in Medio, mihi reperio, paro, comparo, quaero, vel conficio aliquid. Differentia hæc perpetuò apud Veteres Scriptores observatur. Xenoph. l. viii. Inst. Cyr. p. 210. E. Λέγε αὐτοῖς, ὅποσα ἂν ἕκαστος δύναιτο, πορίσαι μοι χρήματα. Aristoph. Equit. 590. Δεῖ σε τοῖς δὲ πορίσαι νικην: *Oportet te (alloquitur Palladem) hisce viris præbere victoriam*. Idem Plut. ver. 461. Εἰ πᾶσιν ἀνθρώποις πορίζομεν ἀγαθόν: *Si omnibus hominibus boni espiam præ-*

præbemus. Idem Eccles. ver. 236. *χρήματα πορίζειν ἐμπορώτατον γυνή*: *Fœmina omnium optime novit vias rependiendæ, vel conficiendæ aliis (non sibi, ut ex præcedentibus clarè patet) pecuniæ.* Xenoph. lib. v. Ἑλλην. p. 546. E. Πειράσομαι τὰ ἐπιτήδεια ὑμῖν ὡς πλεῖστα πορίζειν. Demosth. Orat. i. in Philip. p. 16. C. Τροφὴν ταύτη τῇ θυιάμει πορίσαι κελεύω. Et pag. seq. μισθὸν πορίσαινας [τοῖς στρατιώταις.] At idem paulò antè: Οὐκ ἐνὶ νῦν ἡμῖν πορίσασθαι δόναμιν: *comparare nobis exercitum nunc non licet.* Æschin. in Timarch. pag. 183. A. Πολλὰς τεθεώρηκα μάρτυρας πορισαμένους ἀλόνας: *Multos [in judicio] vidi, quamvis testes pro se produxissent, damnatos fuisse.* Thucyd. lib. i. c. 83. πορισώμεθα ἔν περῶτον αὐτήν, (sc. δαπάνην) *primùm provideamus, ut sumptus ad bellum necessarii nobis suppetant.* Et eod. lib. c. 125. Ἐμπορίζεσθαι ἐδόκει ἐκάσους, ἃ πρόσφορα ἦν. Ubi itidem sensu reciproco verbum hoc usurpatur. Xenoph. l. ii. Ἀπομν. p. 758. A. Ἀναγκάζομαι τῷ σώματι ἐργαζόμενος τὰ ἐπιτήδεια πορίζεσθαι: *Coger labore corporis victum mihi quærere.* Sic apud Ælian. V. H. ii. 5. πορίζεσθαι ὑγεῖαν διὰ γυμνασίων, *firmam valetudinem sibi parare exercitiis corporis.* Et ap. Herodian. l. i. c. 6. n. 25. πορίζονσαι τὸ χρεῖωδες πρὸς τὸν βίον, *parant, vel quærunt sibi victum.* Ut sexcenta alia exempla prætermittam. Hinc ergo apparet apud Demosth. in dictâ Orat. Philip. p. 17. in fin. ubi legitur προσποριεῖ τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ κράτευμα; pro προσποριεῖ, scribendum esse in Medio, προσποριεῖται. Sensus enim est, *ipsum exercitum reliqua sibi comparaturum esse*: ut rectè Wolfius vertit. Facile autem syllaba . . . ται à librario negligi vel præteriri potuit, propter proximè sequens τὰ. Nam ejusmodi syllabæ affinis soni se invicem absorbere quasi solent; ut Criticis rotum est. Emendandus quoque obiter est Aristoph. Ran. ver. 908. ubi pro πορίσασθε ῥήματα, scribendum est, πορίσατε ῥήματα: non solum propter metrum, sed etiam sensum. Nam Chorus ibi alloquitur Musas, easque rogat, ut copiam verborum præbeant Æschylo & Euripidi, de palmâ artis Tragicæ inter se certaturis.

31. Περαιῶ, trajicio alterum, seu alterum trans flumen, vel mare mitto : περιῆμαι, in Med. trajicio me trans flumen, vel mare; pro quo Latini præcisè dicere solent, *trajicio*, vel *transmitto*; subaudito *se*. Thucyd. I. vi. c. 26. Μὴ κωλύονται ὑπ' αὐτῶν, κατὰ θάλατταν περαιέμενοι, *Ne prohiberentur ab illis trajectu maris*. Herodian. I. iii. c. 4. n. 17. Περαιεμένοις τὸν Τίγριδα ποταμόν, *trajicientes Tigridem*. Ubi dicitur, cum accusativo, περιῆσθαι τὸν ποταμόν : quæ præcisa est locutio, pro, περιῆεν ἑαυτὸν ὑπὲρ τὸν ποταμόν. Sic apud Latinos, *trajicere flumen*, ellipticè dicitur, pro, *trajicere se trans flumen*. Cæterùm exemplum activæ vocis nullum invenias in Thesaurο Henr. Steph. Legitur autem apud Thucyd. I. iv. c. 121. ubi Historicus ait : Στρατιῶν πολέω ἐπεραίωσε, *exercitum majorem trajecit*. Ubi vides τὸ περιῆεν habere significationem transitivam, non reciprocam.

Κτάω, si olim in usu fuit, procul dubio significavit *alteri acquirō* : unde κτῶμαι, in Medio, mihi acquirō, seu comparo.

Κληρῶσαι, forte ductâ aliquem legere, seu fortem pro aliquo ducere : Κληρῶσασθαι, in Medio, fortem pro se ducere, seu fortiri ; & per consequens, per fortem aliquid adipisci.

32. Ποιεῖν, & ποιεῖσθαι, quis non sine discrimine apud veteres scriptores passim usurpari credidit? Quamvis enim Henr. Steph. duo hæc verba in uno & altero loquendi genere rectè distinguat, in pluribus tamen aliis miscet & confundit. Differunt autem eo quòd τὸ ποιεῖν plerumque referatur ad alterum; rariùs ad ipsum facientem : τὸ ποιεῖσθαι, plerumque ad ipsum facientem : atque adeò interdum quidem pro ποιεῖσθαι adhibere liceat ποιεῖν (quando scilicet nulla inde oritur ambiguitas) vix autem vice versâ, ποιεῖσθαι pro ποιεῖν. Exemplis res fiet clarior. Phrasis est vulgata, κακῶς vel κακὸν ποιεῖν τινα, *aliquem malo afficere*; pro quo barbarè diceretur, κακῶς ποιεῖσθαι τινα. Demosth. in Timocr. κολάσαι κ' παραδείγμα ποιῆσαι τοῖς ἄλλοις τῆτον. Ubi ποιεῖσθαι locum non habet. Idem eād. Orat. p. 463.

"Αδριαν

"Αδειαν πεποίηκεν τῷ βελομένῳ τὰ κοινὰ διαρπάζειν. Ubi nemo, nisi purioris Hellenismi ignarus, dixerit ἐποίησατο vel πεποίηται. Thucyd. l. ii. c. 29. Ὁ Νυμφόδωρος τὴν τῆ Σιτάλκῃ συμμαχίαν ἐποίησε. Quare non ἐποίησατο? Quia Nymphodorus non sibi, sed populi Atheniensi societatem illam pepigerat. Hinc Thucyd. eod. cap. & quidem proximè antè de ipsis Atheniensibus inquit: τὸν Σιτάλκην οἱ Ἀθηναῖοι ξύμμαχον ἐποίησαντο: i. e. *socium sibi fecerunt*. Et in princip. ejusdem capituli: Οἱ Ἀθηναῖοι Νυμφόδωρον πρόξενον ἐποίησαντο. Et lib. i. c. 57. Οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς αὐτὸν ξύμμαχίαν ἐποίησαντο. Neque unquam aliter Thucydides loqui solet. Sic φίλους ποιεῖσθαι, *amicos sibi facere*, apud eundem lib. i. c. 28. Xenoph. lib. ii. Ἀπρηνημ. p. 749. D. & 750. D. & alibi passim. Νήσους ὑπηκόους ποιεῖσθαι, *insulas in potestatem suam redigere*, Thucyd. l. i. c. 13 in fin. Χρημάτων κλήσιν ποιεῖσθαι, *sibi comparare magnam pecuniæ vim*, eod. cap. in princip. Τιμωρίαν ἀπό τινος ποιεῖσθαι, *auxilium ad aliquo impetrare*, Idem l. i. c. 25. Et proximè πρότ: Ἡγεμόνας ποιεῖσθαι, *duces sibi assumere*. Et sic sexcentis aliis in locis. Παῖδας ποιεῖσθαι, pro εἰσποιεῖσθαι, *filios adoptare*, apud Demosth. Pro quo quis dixerit ποιεῖν? Ποιεῖσθαι ὑφ' ἐαυτῷ, vel (ut ap. Ælian. V. H. vi. 11.) ἐαυτὸν, *in potestatem suam redigere*, phrasis nota. Demosth. adv. Aristocr. p. 454. C. Πᾶσαν ὑφ' ἐαυτῷ ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. At ποιεῖν ὑπό τινι, *alteri subjicere*. Demosth. pro Ctesiphont. p. 319. C. Ἔως Θεσσαλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν, *Donec Thessaliam Philippo subjecissent*. Ubi nemo nisi barbarus, pro ἐποίησαν, dixerit, ἐποίησατο. Thucyd. lib. i. c. 128. Σοὶ Σπάρτην τε καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ὑποχείριον ποιήσαι. Sunt verba Pausaniæ, ad Persarum Regem scribentis. Sic ποιεῖσθαι φίλιαν, *amicitiam inter se, vel pro se facere*: at ποιεῖσθαι φιλίαν, *amicitiam inter alios conciliare*; quod μεσῖται, seu διαλλακταί, facere solent. Ποιεῖσθαι ἀκοίτην, apud Homer. Odyss. E. ver. 120. dicitur de sceminâ, quæ virum matrimonio sibi jungit: uiv ποιεῖσθαι ἀκοίτην, apud Hesiodum, de viro, qui uxorem sibi ducit. At ποιεῖν τινι ἀκοίτην, apud Homer. Il. Ω. ver. 537. est, alteri uxorem jungere, dare, vel conciliare. Ποιεῖσθαι εἰρήνην,

εἰρήνην, *pacem cum hoste suo facere*; apud Demosth. Orat. περὶ παραπροσβ. plus vicies: at ποιεῖν εἰρήνην Ἀρμενίοις καὶ Χαλδαίοις, ap. Xenoph. de Inst. Cyr. lib. iii. p. 72. D. est, *pacem facere inter Armenios & Chaldaeos*. Idem Xenoph. lib. iv. Ἑλλην. p. 515. A. Καλεστράλοπεδέυσαντο, ἔμπροσθεν ποιησάμενοι τὴν χαράδραν. Quorum verborum sensus clarus est. Quòd si verò dixisset, ἔμπρ. ποιήσαντες τὴν χαράδραν, posset etiam hic locus sic intelligi, quasi χαράδραν, manu & opere factam, non sibi, sed aliis objecissent. Thucyd. lib. i. c. 58. Πείθει Χαλκιδέας τὴν πόλιν ταύτην ἰσχυρὰν ποιήσασθαι. Hic quis eorum, quibus vis verbi Medii ignota est, non credat, τὸ ποιήσασθαι, simpliciter positum esse pro ποιῆσαι? Attamen res secùs se habet. Nam τὸ ποιῆσασθαι hìc adhibuit Thucydides, quia Chalcidenses *pro se*, non *pro aliis*, urbem hanc munituri erant. Quòd si enim urbem alienam, vel pro aliis munivissent, Scriptor hic Ἀττικῶκαλῶ, dicturus fuisset, ποιῆσαι. Idem l. ii. c. 13. Θεμισσοκλῆς Ἀθηναίως ἔπεισεν τὰς ναῦς ποιήσασθαι, *Sibi nempe*, vel *pro se*. Idem l. ii. c. 34. Οἱ Ἀθηναῖοι ταφὰς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἀποθανόντων. Quare ἐποιήσαντο? Quia Historicus indicare vult, Athenienses *suos*, non *alienos*, mortuos sepulturæ mandâsse. Potuisset tamen Thucydides ibi etiam adhibere Activum ἐποίησε: uti Homerus Odyss. E. ver. 251 & seq. ubi Ulyssæm facit constructentem sibi navem, τῷ ποιεῖν, & ποιεῖσθαι, promiscuè utitur. Quòd si verò vel Ulysses navem pro alio, vel Athenienses pro mortuis non suis, sed alienis sepulcra fecissent; non liceret itidem τὸ ποιεῖν et ποιεῖσθαι promiscuè usurpare; sed tantùm Activum ποιεῖν: quæ differentia probè observanda est. Idem Thucyd. lib. i. c. 28. in fin. Σπονδὰς ποιήσασθαι: quod differt à σπονδὰς ποιεῖν. Quænam tamen sit differentia illa, si ex Aristarchis quibusdam quærerem, nescio an aliquid ὑγιᾶς re-sponduri essent. Nimirum σπονδὰς ποιήσασθαι, dicitur de illis, qui fœdus, vel pacem, per libationes, aliaque sacrorum solemnia, inter se fanciunt: Sed σπονδὰς ποιεῖν, est, *libationes peragere*; quod Sacerdotes, Sacrifici, aliive Sacrorum administri facere solent. Thucyd. l. i. c. 87.

μάστιγας μὲν θεῶς ποιήσομαι, *Deos mihi testes faciam, i. e. Deos testabor.* Idem lib. i. c. 57. πόλεμον ποιῆσθαι, *bellum inter se gerere, vel facere.* At πόλεμον ποιεῖν τοῖς Ἀμφικτύοσι, apud Demosth. Orat. pro Ctesiph. p. 334. A. est, *bellum inter Amphictyonas excitare.* Ælian. V. H. iv. 8. de Dionysio Tyranno : τὴν ἀρχὴν μείζω ἐποίησε : *imperium suum amplificavit.* Ubi ἐποίησε, posuit pro ἐποίησαο : quod posterius auribus Atticis, & Thucydideo sermone inbutis, magis placebit.

33. Πορρὸ τὸ ποιεῖσθαι, cū ad duos, vel plures refertur, interdum significat, *inter se aliquid facere*: quod referendæ sunt duæ illæ phrasæ paulò antè memoratæ, ποιεῖσθαι σπονδὰς, & ποιεῖσθαι πόλεμον. Sic apud Herodian. l. vii. c. 4. n. 7. ποιεῖσθαι συνωμοσίαν, *inter se conjurare, vel conspirare.* Et apud Ælian. V. H. iv. 1. Διὸ ἐδὲ ποιεῖλαι συγγραφὴν : i. e. secundū novissimum Editorem & Interpretem, *Proinde neque Syngrapham faciunt.* Sed si vim verbi Medii hīc exprimere voluisset, addere saltem debuisset, *inter se.* Sed hanc speciem sensus reciproci infrà pluribus exemplis illustramus. Præterea ποιεῖσθαι, interdum significat, *ducere, existimare*; quasi dicas *aliquid [in mente] sibi fingere.* Thucyd. l. i. c. 118. τότε ἐκέτι ἀνασχελὸν ἐποιεῖλο : *hanc rem non amplius ferendam putabant.* Vid. eund. l. ii. c. 21. ubi eadem phrasī occurrit. Sic περὶ πολλῆ ποιεῖσθαι, magni (sibi) aliquid facere, seu aliquid magnum putare : περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι, &c. Item δεινὸν ποιεῖσθαι, *indignum aliquid ducere,* apud Thucyd. l. i. c. 120. & alibi. At δεινὰ ποιεῖν, *indigna facere,* apud Demosth. pro Ctesiph. p. 332. A. & sexcentis aliis in locis. Hujus generis etiam sunt, ποιεῖσθαι μνήμην, *mentionem facere* : ποιεῖσθαι λόγους, *verba facere* : ποιεῖσθαι ἐρωτήσεις, *quæstiones proponere,* apud Ælian. V. H. iii. 19. ποιεῖσθαι ἀπόβασιν, *exscensionem facere in terram,* apud Thucyd. lib. ii. c. 3. & alibi. In his autem & similibus loquendi generibus etiam si τὸ ποιεῖσθαι non videatur habere vim illam reflexivam (fas mihi sic barbaro hoc vocabulo uti) quam verbis Mediis propriam esse diximus; differt tamen à notione verbi Activi. Nam ex, gr. ποιεῖν ἀπόβασιν, foret, *efficere ut alii exscend-*

ant, sive aliis *crispam facere exscendendi*: ad quam, ut puto, ambiguitatem evitandam, Thucydides, aliique Scriptores (ut Herodian. lib. iii. c. 9. n. 17.) de ipsis *exscendentibus*, non solent dicere, *ποιεῖν ἀπόβασιν*, sed semper *ποιεῖσθαι*. Sic *ποιεῖν ἐρωτήσεις*, dici posset de illo, qui quaestiones, aliis proponendas, scripto mandat, seu oratione metricâ componit; (nam τὸ *ποιεῖν* de Poëtis propriè & κατ' ἐξοχὴν dici, constat) quod longè diversum est ab illo sensu, quo accipitur τὸ, *ποιεῖσθαι ἐρωτήσεις*. Idem dictum putet Lector de aliis hujusmodi phrasibus; ut *ποιεῖν*, & *ποιεῖσθαι μνήμην*: *ποιεῖν*, & *ποιεῖσθαι λόγους*, etc. de quarum differentiâ agimus etiam infrâ Num. 47, 59, 60, et 61.

34. Ἀρύνειν, propriè significat, *propulsare, arcere*: diciturque vel, Ἀρύνειν τινὸς κακὸν, vel τινὶ κακὸν, *propulsare ab aliquo malum*. Interdum cum solo Dativo personæ construitur, habetque notionem *opitulandi, vel auxiliandi*: quasi dicas, *propulsando injuriam, alicui auxiliari*. Utroque autem sensu ad alterum semper refertur. Thucyd. lib. i. c. 105. Οἱ Πελοποννήσιοι ἀρύνειν βεβλόμενοι Αἰγινήταις. Et c. 20. Ἦν μὴ τοῖς κάτω (i. e. ora maritimæ accolis) ἀρύνωσι. Et eod. l. c. 50. Δείσαντες (οἱ Ἀθηναῖοι) μὴ αἱ σφέτεροι δέκα νῆες ὀλίγαι ἀρύνειν (τοῖς Κερκυραίοις) ᾤσι. Hom. Iliad. Φ. Αἰὲ γὰρ τοὶ ἀρύνουσιν Θεοὶ αὐτοῖ: *Semper tibi Dei ultro opem ferunt*. Plura exempla passim obvia hinc omitto. At Medium Ἀρύνομαι, significat, à me vim, vel injuriam, repello, defendo, vel propulso. Thucyd. l. i. c. 123. in fin. Λύσει τὰς σπονδὰς ἔχ' οἱ ἀμυνόμενοι, ἀλλ' οἱ πρότερον ἐπιόντες: *non qui vim illatam à se propulsant*. Et cum accusativo ἀρύνεσθαι τινα aliquem, vel alicujus injuriam à se propulsare. Thucyd. lib. i. c. 144. Πολέμῳ δὲ ἐν ἄρξομεν, ἀρχομένους δὲ ἀμυνόμεθα. Ælian. V. H. xiii. 1. de Atalantâ: Διώκσσα θηρία, ἢ ἀμυνομένη τιὰ, *persequens feras, aut quaedam à se defendens*. Non solùm verò ἀρύνεσθαι quis dicitur, dum injuria infertur: sed etiam post injuriam illatam. Posteriore casu τὸ ἀρύνεσθαι significat, *ulcisci se, vel injuriam sibi illatam vindicare*: ut apud Thucyd. lib. i. c. 96. πρὸς ἄλλο γὰρ ἦν, ἀρύνεσθαι ἂν ἔπαθον, *Causa quæ prece-*
tebatur,

texebatur, erat, ultio injuriarum [à Rege Persiæ] *acceptarum*. Plura exempla passim obvia sunt. Et quoniam qui *ulciscitur* malum malo rependit: hinc τὸ ἀμύνεσθαι, simpliciter interdum accipitur pro *par pari referre*; vel *vicem alicui reddere*; etiam bono sensu. Thucyd. l. i. c. 42. Ἀξιάτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι: *Dignum* [vel æquum] *conseat, parem nobis gratiam referre*. Et quoniam *pugnando* injuria, vel vis propulsari solet; hinc idem verbum interdum notionem habet *pugnandi*, vel *dimicandi*; eoque sensu, (more scilicet aliorum verborum *pugnandi*) cum præpos. *περὶ* & *ὑπὲρ* construi solet: ut ap. Homer. ἀμύνεσθαι *περὶ πάλης*: & Xenoph. ἀμύνεσθαι *ὑπὲρ τῶν νεβρῶν*.

Verbo Ἀμύνω, & Ἀμύνομαι, significatione ferè respondet verbum Τιμωρῶ & Τιμωρῆμαι: unde quæ de priore dicta sunt, etiam posteriori accommodari possunt.

35. Στέλλω, *mitto alterum*: Στέλλομαι, *mitto me*: i. e. *eo, proficiscor, venio*; diciturque tam de itinere terrestri, quàm maritimo: utὶ σόλῳ denotat tam expeditionem terrestrem, quàm navalem. Eurip. Troad. ver. 1264. Στελλώμεθ' οἴκαδ' ἄσμενοι Τροίας ἄπο: *Proficiscamur libentes domum à Trojâ*. Ælian. V. H. xiv. 17. Σωκράτης ἔλεγε, δι' αὐτὸν Ἀρχέλαον μηδένα εἰς Μακεδονίαν στέλλεσθαι: *propter ipsum Archelaum neminem in Macedoniam proficisci*. Vid. eundem lib. viii. c. 5. Frequentissimè autem hoc sensu usurpatur ἐς ἄλλην: quod quamvis sit Aor. 2. Passivi, significationem tamen habet Mediam; ut & multa alia verba Passivaⁱ; qualia sunt ἀντισπεποίημαι, ἀντισποιηθεῖς, μελαπυποίημαι, πεφόδημαι, περαιωθεῖς, ἐπιδεδειγμένῳ, ἐκκεκομισμένῳ, (qui sua exportavit, apud Thucyd. l. ii. c. 78.) προσενηνεγμένῳ (qui se gessit, vel præbuit, apud Demosth. Orat. de Pace in fin.) & alia. Eurip. Androm. ver. 250. Ἐκεῖνο λέξον, ἔπερ ἔνεκ' ἐς ἄλλην: . . . *cujus gratiâ huc venerim*. Schol. rectè, ἔτινῳ χάριν παρεγενόμην. Hermione enim, quæ ibi loquitur, à nemine missâ erat,

ⁱ Act. viii. 40. Φίλιππῳ δὲ εὐρέθη εἰς Ἀζῶλον, respondet conjugationi Niphali, *Il se trouvera*, non autem *Il fut trouvé*. BEZA. et sic Versio apud Mons.

sed sponte suâ venerat in fanum Thetidis, ut Andromachen, infidias & minas ejus fugientem, inde abstraheret. Idem Med. ver. 668. Τί δ' ὀμφαλὸν γῆς δεσπιωδὸν ἐσάλης; pro εἰς ὀμφαλόν: *Quare verò ad umbilicum terræ, ubi Oracula redduntur (i. e. Delphos) profectus es?* Alloquitur ibi Medea Ægeum Regem Atheniensium, qui ab Oraculo Delphico (quò nullius jussu, sed sponte suâ, profectus fuerat) redux, Corinthum, ubi tunc Medea versabatur, appulerat. Neque Poëtæ solùm, sed & scriptores pedestres sic loquuntur: ut Lucian. in Timon. p. 164. Ed. Amstel. Σὺ δ' αὐτῆ χάριν ἐσάλην: *Tui ipsius gratiâ huc veni.* Obiter hîc notandum est, Heliodorum Æthiop. lib. ii. c. 26. pro σέλλεσθαι (quatenus nempe significat, *ire, proficisci*) minùs eleganter, & nescio an fatis Græcè, dixisse, σέλλειν ἑαυτόν. Sic enim ait: Πυθανόμενος δὲ εἶναι τινα Δελφῆς Ἑλληνίδα πόλιν, ἔσελλον εἰς ταύτην ἑμαυτόν. . . . ἐδ' me contuli. Sed quicquid sit; apparet saltem ex hoc loco, τὸ σέλλεσθαι, in Medio, idem esse, quod σέλλειν ἑαυτόν.

36. Ad hanc Classẽm etiam referenda sunt verba Media, quorum vis exprimenda est per *se invicem; inter se,* vel *adversus se invicem:* quando nimirum Actio & Passio ab utrâque parte est reciproca: veluti si dicas, *inter se dividere, inter se contendere,* &c. Hujus generis verbum est, *νέμεσθαι,* quod notat, *inter se dividere,* vel *partiri* (quo sensu etiam usurpatur verbum *μερίσασθαι*) ab Activo Νέμω, *tribuo, distribuo, partior, assigno.* Demosth. adv. Olymp. p. 694. C. Ἐνειμάμεθα τὸ ἴσον ἐκάλερος τῆς φανεραῆς ἐσίας: *Partiti inter nos sumus ex æquo bona [Cononis] manifesta:* i. e. immobilia, ut vulgò vocantur. Et paulò pòst: Διενειμάμεθα τὴν Κόνωνος ἐσίαν: *inter nos divisimus Cononis bona.* Herodian. lib. iv. c. 3. n. 10. de filiis Severi, Caracallâ & Getâ: ἔδοξεν αὐτοῖς νείμασθαι τὴν ἀρχήν: *Visum ipsis fuit dividere inter se imperium.* Æschin. contra Ctesiphont. sub. fin. Ὡσπερ ἐν τῶν ἐράνων τὰ περιώνια νειμάμενοι, i. e. interpr. Wolfio, *Sed tanquam de collectis, iis, quæ supersunt, distributis.* Quasi esset Activum νείμωμι. Tu verte; *Tanquam reliqua de symbolis (vel collatitiâ pecuniâ), inter vos partiti.* Demosth. advers.

adversf. Mid. p. 413. Β. Ἐμὲ οἴεσθ' ὑμῶν εἰσοίσειν, ὑμεῖς δὲ
νεμέσθαι; *an putatis me vobis contributurum pecuniam*;
vos autem eam inter vos partituros esse. Wolfius minùs
 propriè & accuratè, *fruituros esse*. Thucyd. l. ii. c. 17.
 Τὰ μακρὰ τείχη ἄκησαν κατανειμάμενοι, ubi Interpres rectè,
eos [muros] inter se partiti. Hinc ergo satis apparet,
 falli Henr. Steph. qui in Thesauro suo tradit *νείμασθαι*, in
 Medio, interdum Activè poni, pro *dividere*, *partiri*:
 quasi nulla inter ea esset differentia. Atqui, ὁ *νέμων*, in
 Activo, aliis simpliciter aliquid distribuit, nullâ ad ip-
 sum portione redeunte: at ὁ *νεμόμενος*, in Medio, ipse
 portionem ex distributione, vel partitione accipit. Hinc
νέμεσθαι interdum verti potest, *ex distributione portionem*
accipere. Hoc sensu verbum *νείμασθαι* clarè accipitur
 apud Demosth. Orat. i. adversfùs Stephan. p. 617. ubi
 Orator ait: Ἄ δὲ τῶν πατριῶν ἐνειμάμην ἐγὼ, ταῦτα
 λογίζεσθαι. Quæ Wolfius rectè sic Latinè reddidit: *Quæ*
autem è patrimonii partitione accipi, &c. Idem Olynth.
 iii. sub fin. Καὶ ταῦτα, ἃ νῦν ὑμεῖς νέμεσθε: i. e. ἃν νῦν
ὑμεῖς μέρῳ λαμβάνετε: quâ phrasi ipse Orator in eâdem re
 paulò pòst utitur. Loquitur ibi autem de pecuniâ Θεω-
 ρικῇ, quæ in singulos cives Athenienses, pauperiores
 saltem, distribuebatur. Et quoniam ea, quæ partitione
 seu distributione factâ, nobis obvenerunt, pro nostris de-
 inceps possidemus, incolimus, vel inhabitamus: hinc
 factum, ut *νέμεσθαι*, interdum (ex consequenti nimirum)
 ponatur, pro *possidere*, *incolere*, *inhabitare*, &c. Thucyd.
 l. ii. c. 30. Καὶ παραδιδόασι Παλιξεῦσι τὴν γῆν καὶ πόλιν
νέμεσθαι. Et cap. 27. ejusd. lib. τοῖς Αἰγινήταις οἱ Λακε-
 δαιμόνιοι ἔδωσαν Θυρέαν οἰκεῖν, καὶ τὴν γῆν νέμεσθαι: i. e. *de-*
derunt eis terram incolendam: vel etiam propriè, *inter se*
dividendam. Et lib. i. c. 84. Ἐλευθέραν πόλιν νεμόμεθα:
liberam urbem incolimus. Et lib. ii. c. 72. Ἠσυχίαν
 ἄγετε, νεμόμενοι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν, i. e. *incolentes*, vel *pos-*
sidentes. De pecoribus etiam dicitur *νέμεσθαι*, sensu *pos-*
cendi; quod inde est, quia ea, quæ possidemus, etiam in
 usum nostrum vertimus, seu iis fruimur. Vel (quod ve-
 rius puto) *νέμεσθαι πεδία*, *λειμῶνας*, &c. cùm de pecori-
 bus dicitur, propriè significat, *incolere campos*, seu *in iis*
versari:

versari: quo sensu accipitur apud Aristotel. de Histor. Animal. lib. ix. c. 18. ubi de ave ἐρωδιῶ inquit: Νέμεσαι δὲ ἔλη, καὶ λίμνας, καὶ πεδία, καὶ λειμῶνας: i. e. *in illis degit, versatur*: seu *lucus, campos, et prata celebrat*. Quoniam autem animantia, iis in locis, ubi degunt, seu versantur; etiam *pascuntur*: hinc notio *pascendi* verbo νέμεσθαι quoque contributa est.

37. Διαλέγεσθαι, inter se colloqui; sive invicem dare & accipere sermones. Sic βαλεύεσθαι, inter se conferre consilia; seu deliberare, consultare inter se: cum nempe de pluribus dicitur. At de uno cum dicitur, significat, secum deliberare, vel consultare: utὶ λογίζεσθαι, secum reputare: ἐνθυμεῖσθαι, secum cogitare, &c. Eiusdem indolis etiam est verbum κινολογεῖσθαι; quod significat, per sermones secum invicem aliquid communicare.

38. Διαλύεσθαι, in Medio, dicitur de illis, qui de lite inter se decidunt & transigunt. Propriè est, se invicem solvere; seu vincula quasi litis, quibus homines impediti & constricti teneri solent, inter se dissolvere. At διαλύειν, in Activo, est, alios lite exsolvere, seu litem aliorum dirimere. Thucyd. lib. iii. c. 83. Οὐ γὰρ ἦν ὁ διαλύσων. Quod Scholiastes rectè exponit, ὁ φιλιώσων. Demosth. i. adv. Onet. haud procul à princ. Διαλύειν ἡμᾶς Ὀνήτωρ οὐκ ἐπεχέειρησεν. Quod Wolf. rectè vertit: *Dirimere controversiam inter nos Onetor non instituit*. Sed διαλύσασθαι, ut diximus, aliud est. Theophr. de Character. c. 12. de homine præposterè omnia agente: Παρῶν διαίτη, συστρέθει, ἀμφοτέρων βελομένων διαλύεσθαι. Quod Casaub. interpretatur: *Captus arbiter, duos litigantes, quorum uterque rem transigi optat, inter se committet*. Ælian. V. H. xii. 3. Συνέβλευσεν διαλύσασθαι πρὸς τὰς πολεμίους: *suasit ut pacem facerent cum hostibus*. Et cum præpos. περι, apud Thucyd. lib. i. c. 145. Δίκη διαλύεσθαι περι τῶν ἐκκλημάτων: [*non armis,*] *sed jure de expostulationibus mutuis decidere*. Et cum Accusativo, διαλύεσθαι ἐκκλημάτια, apud Thucyd. l. i. c. 140. Διαλύεσθαι ἐχθραν, Ælian. V. H. i. 24. Διαλύεσθαι νεῖκος, Eurip. Orest. ver. 1679. Διαλύεσθαι πόλεμον, *bellum pace dissolvere, seu pacem cum hoste facere*. Demosth. Philip.

lip. i. p. 16. B. Ἔως ἂν διαλυσώμεθα τὸν πόλεμον. Nimirum, διαλυῖσθαι πόλεμον, in Activo, dicitur de illis, qui bellum alienum, non proprium dissolvunt; seu inter duos belligerantes, ipsi belli expertes, pacem conciliant: at διαλύσασθαι πόλεμον, dicuntur illi, qui bellum proprium inter se dissolvunt, seu inter se pacem faciunt. Hæc tamen differentia, quamvis certa, neque parvi momenti, perpetuò ab Henr. Steph. aliisque confunditur.

39. Eadem est ratio verbi cognati Καταλύω, & καταλύομαι. Nam καταλύεσθαι, in Medio, absolutè positum, interdum significat *de lite transigere*, seu *litem mutuo consensu dirimere*, vel *componere*. Vid. Thucyd. lib. i. c. 81. & lib. v. c. 15 & 17. Et καταλύσασθαι πόλεμον, cum Accusativo, apud Dion. Halicarn. l. viii. c. 47. eodem sensu quo διαλύσασθαι. At καταλύσαι πόλεμον, in Activo, alienum bellum dissolvere, apud Thucyd. l. i. c. 24. & 82. & lib. ii. c. 29. sub fin. & alibi. Apud eund. lib. v. c. 47. καταλύειν πόλεμον, dicitur de belli communis (quod scilicet partim proprium est, partim alienum) dissolutione. Sic διαλλάττεσθαι, in Medio, sibi mutuò reconciliari: at διαλλάξαι, alios inter se reconciliare: ut apud Xenoph. Ἑλλην. lib. iv. p. 541. Α. Ἀλλήλοις μὲν διήλλαξεν ἀυτῶς. Θέσθαι φιλίαν (non θείναι) amicitiam cum aliquo, vel inter se facere. (Vide Ælian. V. H. xii. 3.) Συνθέσθαι, inter se pacisci, seu pacificationem inter se inire: (quo sensu Activum συνθεῖναι, nunquam usurpatur.) Ἐπιδιατίθεσθαι, (vid. Harpocrat. h. v.) Σπένδεσθαι, libando pacisci, seu fædus, societatem, &c. libando cum aliquo, vel inter se inire: quo sensu Activum σπένδω (quod simpliciter tantum notat, *Diis libare*) apud nullum idoneum Scriptorem me legisse memini. Sic σπονδοποιεῖσθαι, itidem in Medio, fædus inter se facere, five inire: idem nempe quod σπονδὰς ποιεῖσθαι, vel σπονδὰς σπένδεσθαι.

40. Ob eandem rationem (ob actionem scilicet & pacificationem ab utràque parte reciprocam) verba pugnandi, contendendi, certandi, &c. ferè sunt Formæ Mediæ: ut, μάχεσθαι, ἀγωνίζεσθαι, πλεκίλιζεσθαι, διαπληκίλιζεσθαι, ἀμιλλᾶσθαι, μάρνεσθαι, ἀμύνεσθαι, κρίνεσθαι, ἀκροβολίζεσθαι,

ζεσδαι, διαξιφίζεσδαι, διαδοραλίζεσδαι, διαδικάζεσδαι, διακοιρίζεσδαι, (jaculando certare) Xenoph. de Inst. Cyr. l. i. p. 14. διαλοξεύεσδαι (sagittando certare) apud Xenoph. ibid. De duobus posterioribus verbis obiter notandum: utrumque extra compositionem activè tantùm usurpari, & simpliciter significare, illud, *jaculari*; hoc, *sagittare*; sine certamine scilicet. Unde colligere licet, dictis verbis *pugnandi* & *certandi* Formam Mediam non temere attributam fuisse.

41. Neque quisquam mihi hîc objiciat, non omnia verba *pugnandi*, *certandi*, &c. esse Media, sed quædam etiam Activa; ut πολεμέω, ἐρίζω (quamvis etiam dicatur ἐρίζομαι) διαπαλαίω, πυκλεύω, ψυμμαχέω, ἀψιμαχέω, φιλονεικέω, & si quæ sunt alia. Nam primùm, plura sunt Media, quàm Activa. Deinde notandum est, verba Media *pugnandi*, *certandi*, &c. habere notionem bilateralē (ut sic loqui mihi liceat;) at Activa unilateralē tantùm. Sic ex. gr. cùm Græci dicunt πολεμεῖν: Grammatico sensu ad unum tantùm belligerantem respiciunt: at cùm dicunt, μάχεσδαι, ἀγωνίζεσδαι, &c. utriusque partis pugnam, vel certamen designant. Licuit autem Græcis, negotiorum ejusmodi bilateralium, nunc utramque partem, per verbum Medium; nunc alteram tantùm, per verbum Activum exprimere.

42. Cæterùm ad verba *contendendi* & *litigandi*, pertinent etiam sequentia: Διαφέρεσδαι, φιλολιμεῖσδαι, διατρίνεσδαι, λοιδορεῖσδαι. De ultimo verbo pauca hîc addemus. Λοιδορεῖν, in Activo est, *jurgio alterum incescere*, seu *maledicta & convitiis alteri ingerere*: Λοιδορεῖσδαι autem, mutuis maledictis & convitiis se proscindere, seu, *jurgio inter se contendere*. Aristoph. Nub. v. 62. Περὶ τῆ ὀνόματι δὴ ταῦτ' ἐλοιδορέμεθα, *De nomine tale inter nos intercessit jurgium*. Ubi si ponas Activum ἐλοιδορέμεν; sensus hic erit: *De nomine (seu nomen quòd adinet) alios jurgio & convitiis insectabamur*. Quæ sententia à priore longè diversa est. Et in eād. fab. ver. 1357. Ὅθεν γε τὸ πρῶτον ἠξάμεθα λοιδορεῖσδαι ἐγὼ φράζω: *Unde primùm inter nos verbis & maledictis contendere cœperimus, dicam*. Et in Ran. ver. 381. Λοιδορεῖσδαι

ρεῖσθαι δ' ἐ πρέπει ἄνδρας ποιητάς, ὡσπερ ἀρλοπύλιδας : Non decet Poëtas mutuis convitiis se insectari, ut quæ panes vendunt mulieres. Hesych. Κυριβάξασθαι, λοιδορεῖσθαι, διαμάχεσθαι. Et in constructione adsciscit Dativum; secùs ac Activum λοιδορεῖν: quod cum Accusativo construitur: cujus quidem diversitatis ratio (de quâ Grammatici omnes altùm silent) ex superioribus facilè intelligi potest. Verba enim *contendendi & litigandi*, Dativum adsciscere solent: in quorum numero cùm sit verbum Medium λοιδορεῖσθαι, non mirum est, id constructionem quoque illorum imitari. Aristoph. Equit. v. 1397. Μεθύων τε ταῖς πόρνοισι λοιδορήσειαι: *Scortis dicet convitia*; in mutuo scilicet jurgio. Et sic alibi passim.

43. Quamvis autem verbum λοιδορεῖσθαι propriè id, quod diximus, significet; sæpe tamen notione unilaterali accipitur pro, *alteri maledicere*: quo sensu à naturâ verborum Mediorum degenerat, nec ab Activo λοιδορεῖν quicquam differt, præterquam constructione. Aristoph. Eccles. ver. 248. Ἀλλὰ ἦν Κεφαλός σοι λοιδορῶται: *Sed si Cephalus maledictis te aggrediatur*. Plutarch. περὶ ἰσαίδ. ἀγῶν. in princ. Τοῖς ἐλέσχειν κ' λοιδορεῖσθαι βελομένοις. Plura exempla passim occurrunt. Hinc autem apparet, pro λοιδορεῖν, quidem posse adhiberi λοιδορεῖσθαι: sed non contrà τὸ λοιδορεῖν semper posse fungi vice τῆ λοιδορεῖσθαι.

44. Verba repellendi, rejiciendi, repudiandi, deponendi, &c. solent esse Media: ut ἀπόσασθαι, ἀπορήψασθαι, ἀπορήψασθαι, ἀπερείσασθαι, ἀποποιήσασθαι, ἀποπέμψασθαι, ἀποσκευάσασθαι, ἀποδιοπομπήσασθαι, ἀποβάλλεσθαι, ἀποχερῆσασθαι, ἀποσεῖσασθαι, ἀποφορήσασθαι, προβάλλεσθαι, δέσσαι, ἀποθῖσθαι, καλαδέσθαι, προέσσαι, &c. quorum vis Media exprimenda est per Latinum illud, *à se*. Thucyd. lib. i. c. 18. Κοινῇ ἀπωσάμενοι τὸν βάρβαρον. Et cap. 32. καλαμίας ἀπεωσάμεθα Κορινθίους. Demosth. Olynth. i. Ἴνα τὴν ἀδιξίαν ἀπορήψάμεθα. Theocr. Idyll. xi. ver. 19. Τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλη; *Quare amantem respuis?* Pollux lib. i. c. 1. sect. 28. ubi agit de verbis avertendi & averruncandi: Ἄγϙ ἀποπέμψασθαι, μύσϙ ἀπολύσασθαι, ἀπορήψασθαι (an potius ἀποτρέψασθαι)

τρέψασθαι) ἀποδιοπομπήσασθαι. Sic ἀποπέμψασθαι γυναῖκα, *repudiare uxorem*, vel *divortium cum uxore facere*: προέσθαι τὰ πράγματα, *res quasi à se projicere*, vel *abjicere*, i. e. *negligere*. Ἀποθέσθαι ἔχθραν, ὀργήν, ἀρχήν, &c. *deponere*, *inimicitiam*, *iram*, *imperium*, &c. Καθαθέσθαι τὸ ἱμάτιον, *deponere pallium*: Θέσθαι πόλεμον, *bellum deponere*; apud Thucyd. lib. i. c. 82. in fin. ubi simplex ponitur pro composito καθαθέσθαι, vel ἀποδέσθαι. Eadem autem phrasis (ut obiter hoc moneam) interdum notat, *bellum fuscipere*, seu *inferre*: cujus significationis ratio exponitur suprâ Num. 25. Cæterùm, dicta Verba in Activo diversum plerumque sensum habent. Nam ex. gr. θεῖναι πόλεμον, foret, *bellum alicui creare*; quomodo θεῖναι ἄλγεια, apud Homer. II. A. ver. 2. *dolores alicui creare*.

45. Ἀπωθεῖν, in Activo, tria significare potest: 1. *A se aliquid trudere*, vel *repellere*; sensu nempe proprio: nam sensu metaphorico video tantùm usurpari Medium ἀπώσασθαι: ut ἀπώσασθαι δέησιν, δαρῆαν φίλιαν, &c. 2. *A se repulsum in alterum amovere*. 3. *Ab altero aliquid repellere*. Quod ad primam significationem adinet; nihil interesse videtur, utrùm Activum, an Medium usurpetur: nam promiscuè utrumque verbum illo sensu usurpari video. Demosth. Olynth. ii. p. 8. A. de Philippo Rege: Τέτυς [τὲς ἄνδρας] πάντας ἀπωθεῖν αὐτὸν ἔφη: *Hos omnes à se repellere*, vel *summovere dixit*. Ælian. V. H. xii. 22. πρῶτον μὲν λίθον ἔλκει πρὸς ἐαυτὸν· εἶτα ἀπωθεῖ. Ubi etiam dici poterat ἀπωθεῖται. Et nescio sanè annon ibi sic scriptum fuerit; præsertim cùm proximè sequatur, καί. Videtur enim illud ται, inter duas syllabas affinis soni, θεῖ, & κ, faciliè excidere, vel absorberi potuisse. Herodian. i. 12. 18. Οἱ ἵπποι τὲς ἐπιβάτας ἀπωθεῖν: *Equi sessores excutiebant*. Ubi vides Medium propriè adhiberi de repulsione, vel excussione rei corporeæ. Secundæ significationis, quam verbo Activo ἀπωθεῖν tribuimus, exemplum habes apud Demosth. Olynth. i. sub fin. ubi Orator ait: Δεῖ ἀπαντας βοηθεῖν, κὶ ἀπωθεῖν ἐκεῖσε τὸν πόλεμον, i. e. *bellum à nobis repulsum in Philippum avertere*. Sed hâc significatione nescio an Verbum

Verbum Medium ἀπόσασθαι usurpare liceat. Nam in memorato loco Demosthenis duplex est verbi Activi ἀπωδεῖν (ut Grammaticè loquar) transitio : prima in rem quæ repellitur : altera in personam, vel locum, in quem res repulsa avertitur : quarum notionum posterior à verbo ἀπόσασθαι, aliena esse videtur. Tertiæ significationis exemplum foret, si quis diceret, ἀπέωσα αὐτῆ ἐπιφερόμενον λέοντα, κύνα, &c. in quibus loquendi generibus itidem adhibere non liceret Medium ἀπόσασθαι. Rectè autem quis à rebus propriis, (ut bonis suis, parentibus, liberis, patriâ, &c.) dicitur ἀπόσασθαι κίνδυνον, πόλεμον, κακόν, &c. Nam malum quod quis à rebus suis propulsat ; à se quoque propulsare putandus est. Sed longum foret, cætera quoque hujus generis Verba Media, suprâ à nobis memorata, ad eundem modum cum Activis conferre, & quomodo inter se differant, hoc loco accuratiùs ostendere. Quare ipse Lector, si lubet, in eo, quod reliquum est, industriam & acumen suum exerceat. Nam nobis satis est, digitos quasi ad fontes intendisse.

Quæ autem de Verbis Mediis Reciproçæ significationis hætenus dixi, non ita accipi velim, quàm Verbis Mediis uti liceret, ubicunque est sensus reciprocus. Nam sæpe id facere non licet, volente sic & jubente usu, penès quem est jus & norma loquendi. Sic ex. gr. quamvis Græci dicant, ἀπάγξασθαι, pro strangulare se, vel suspendere se ; non tamen ad eandem formam pro occidere se, dicere solent, ἀποσφάξασθαι, vel ἀποκλείνασθαι ; sed ἀποσφάξαι ἐαυτόν, vel ἀποκλείνειν ἐαυτόν : seu, ut magis Atticè dicam, ἀποκλινύειν ἐαυτόν : quâ phrasi usus est Plato in Phædone, p. 377. E. Quare usus hîc consulendus, neque sine eo temere quicquam hæc in re statuendum est.

47. Præterea dantur Verba quædam Media, in rem transeuntia, quorum differentia à Verbis Activis non tam apertè in oculos incurrit, quàm eorum, de quibus hætenus egimus. Intellego hîc autem ea Verba Media, quorum significatio mixta, seu reciproca, debilior est, quàm cæterorum ; utpote in eo tantùm consistens, quòd quis non in alieno, sed proprio negotio aliquid

agat. Hujus generis Verba sunt, διαλύσασθαι, & καταλύσασθαι, quando in rem transeunt. Nam ex. gr. διαλύσασθαι, & καταλύσασθαι πόλεμον, est, proprium bellum dissolvere, seu pacem cum hoste suo facere: ut jam supra Num. 38. & 39. docuimus: at διαλύσαι, & καταλύσαι πόλεμον, est, bellum alienum dissolvere, seu pacem inter duos belligerantes facere. Ælian. V. H. i. 21. Πάντα κατεπράξατο, ὅσα ἔβεληθη: *Omnia ex sententiâ confecit.* In suo nempe negotio, seu pro se. Nam κατέπραξεν, potiùs foret, pro alio confecit: ut apud Xenoph. lib. vii. Ἀναβ. p. 420. C. Οἱ ταῦτα ὑμῖν καταπράξαντες. Et apud eund. Ἑλλην. lib. iv. pag. 540. E. Ἐνόμισε καταπράξαι ἂν τι τῇ πόλει ἀγαθόν. Potest cæteroque τὸ καταπράττειν, etiam dici de eo, qui sibi, vel pro se, aliquid conficit: ut apud eund. Xenoph. de Inst. Cyr. l. vii. p. 198. C. & 199. B. & 201. B. Eódem pertinent phrasæ illæ, ποιήσασθαι εἰρήνην, ποιήσασθαι πόλιν ἰσχυρὰν, ποιήσασθαι ταφὰς, ποιήσασθαι ἀπόδασιν, &c. de quibus egimus supra in verbo ποίεω, Num. 32. Thucyd. lib. i. c. 13. Ἡ Ἑλλὰς τὰ ναυτικά ἐξηρήνιστο. Et eod. l. c. 121. Ναυτικόν τε ἐξαρτυσόμεθα. Ubi (ut & pluribus aliis in locis apud eundem Scriptorem) τὸ ἐξαρτυέσθαι, semper refertur ad propriæ, non alienæ classis instructionem. Xenoph. in Vit. Agesil. sub fin. Τῶ μὲν σώματι εἰκόνα σήσασθαι ἀπέσχετο: *A corporis sui simulacro statuendo abstinerebat.* Thucyd. lib. i. cap. 25. princ. Ἐν ἀπόρῳ εἶχοντο τὸ παρὸν θέσθαι: *Non reperiebant, quâ ratione rebus suis in præsens consulere.* Eurip. Hippol. ver. 709. Ἐγὼ τὰ μὰ θεῶν καλῶς: *Ego res meas rectè ordinabo.* At idem in ead. Fab. v. 521. Ταῦτ' ἐγὼ θεῶν καλῶς. Ubi Nutrix res Phædræ, non suas, rectè se curaturam dicit. Sic Xenoph. in Vit. Agesil. in fin. Ἀεὶ δὲ τιθεὶς τὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς: *Semper verò amicorum res in tuto locans, vel stabiliens.*

48. Pariter διαδέσθαι dicitur, qui res suas ordinat: & specialiter, qui testamentum [de bonis suis] facit: item qui sua vendit (quo sensu ei respondet Anglorum *dispose*) ut apud Xenoph. l. vii. Ἀναβ. p. 403. & Ἑλλην. lib.

lib. iv. p. 540. C. Demosth. Olynth. ii. p. 8. A. & alibi. At διαθεῖναι τὰ πράγματα, res aliorum ordinare, vel administrare. Thucyd. lib. i. c. 126. Ἐπιτρέψαντες τοῖς ἐννέα Ἀρχοῖσι τὴν φυλακὴν, καὶ τὸ πᾶν διαθεῖναι: *Commissâ novem Archontibus curâ, custodiam Urbis, omnesque alias res [publicas nimirum, non suas, seu privatas] ordinandi, vel administrandi.*

49. Æschin. contr. Ctesiph. pag. 279. B. Παρέξομαι νόμον ἑδὲν προσήκουσα, *legem pro [se, vel pro causâ suâ] proferent, à re prorsus alienam.* Et mox, Νόμον, ὃν νῦν ἐγὼ παρέχομαι, *legem quam nunc pro me cito.* Et paulò post: Ἐγὼ δὲ πρὸς τὰς τούτων τέχνας παρέξομαι συνηγόρους τὰς νόμους. *Ubi παρέξομαι, est, ad defensionem causæ meæ producam.* Nam falleretur utique, qui putaret Verbum illud Medium hîc simpliciter idem significare ac Activum παρέχω. Idem Æschin. in Timarch. p. 187. C. Ἀγοραῖα τεκμήρια παρέχομεν: *pro se adducens, vel proferens.* Sic παρέχεσθαι μάρτυρας dicitur, qui in causâ propriâ testes producit. Plato in Apolog. Socr. p. 366. A. Ὡν τινα ἐχρῆν ἐν τῷ ἑαυτῷ λόγῳ παρέχεσθαι Μέλιτον μάρτυρα. εἰ δὲ τότε ἰπελάδῃο, νῦν παρασχέσθω. Æschin. in Timarch. p. 188. B. εἰ τὸν Θεὸν μάρτυρα παρέχομαι. Et proximè antè: Εἰ μὲν μάρτυρας παρειχόμεν. Et pag. seq. A. Μαρτυρίας φησὶ παρέξασθαι. Demosth. in Aphob. i. p. 554. A. Καὶ καθ' ἕκαστον μάρτυρας παρασχέσθαι ἀξιῶτε. Cæterùm sunt alia loquendi genera, in quibus τὸ παρέχομαι non est Verbum verè Medium, sed potiùs Medio-activum ut apud Xenophon. in Hierone, sub princip. Εἰ τὰ ἐν τῷ γρηγορέναι σαφεσέρας ἡμῖν τὰς αἰσθήσεις παρέχειαι: *Si ea, quæ vigilantibus nobis accidunt, sensus nostros fortius afficiunt.* Sic παρέχεσθαι, pro efficere, vel reddere, est Verbum Medio-activum: ut apud Plutarch. de Aud. Poet. p. 24. C. Ἡ ἀρετὴ ἐμφρονας παρέχειαι καὶ δικαίους: *Virtus [homines] reddit prudentes et justos.* Hinc non mirum est, Activum παρέχειν, eodem sensu quoque usurpari: ut apud laudatum Plutarch. eod. lib. p. 28. D. Ταῦτα μὲν ἔν ἀβλαστῇ παρέξει τὴν τῶν ποιημάτων

μάτων ἀκρίασιν. Sed redeo ad usum Verborum Mediorum.

50. Thucyd. lib. ii. cap. 24. princip. Οἱ Ἀθηναῖοι φυλακὰς κατέστησαν κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλασσαν, *Pro se, vel sibi constituerunt.* Et eod. cap. Ἔδοξεν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει χρημάτων χίλια τάλαντα δέσθαι. *Ubi δέσθαι, est, in suum usum reponere.* Aliud δεῖναι, & καταθεῖναι. Demosth. adv. Timocr. p. 463. lin. ult. Δραχμὴν ἐκατέθησαν ὑμῖν. i. e. *vobis persolverunt, vel numerarunt.* Sic Ἀίδιον δόξαν καταθέσθαι, apud Thucyd. lib. iv. c. 87. in fin. propriè est, *immortalem gloriam [apud alios] sibi deponere: i. e. gloriam immortalem sibi comparare.*

51. Pariter, εἰσεκομίσασθαι, ἐκκομίσασθαι, & διακομίσασθαι, apud Thucyd. semper dicuntur illi, qui *res suas, vel aliquid in usum suum, in- ex- & trans- portant.* Ut lib. i. c. 117. Οἱ Σάμιοι ἐσεκομίσαντο καὶ ἐξεκομίσαντο, ἀ ἐβέλοιο. Idem lib. ii. c. 5. in fin. Ἐπειδὴ τὰ ἐν τῆς χώρας κατὰ τάχῃ εἰσεκομίσαντο: *Postquam fructus aliasque res suas ex agris in urbem comportassent.* Et eod. lib. c. 14. Οἱ Ἀθηναῖοι ἐσεκομίζοντο ἐν τῶν ἀγρῶν παῖδας, καὶ γυναῖκας: *Liberos nempe & uxores suorum.* Idem l. i. c. 89. in fin. Διεκομίζοντο εὐθὺς ὅθεν ὑπεξέθεντο παῖδας, καὶ γυναῖκας: *Transportarunt rursus eò, unde in loca tutiora eduxerant, liberos & uxores suas.* At idem, lib. ii. c. 6. in fin. ubi narrat Athenienses Platæensium uxores & liberos ex Platæâ exportasse, & in terram suam traduxisse, verbo Activo ἐκκομίζειν utitur.

52. Nimirum (quod jam suprâ monuimus in verbo ποιέω, 32) verbis Mediis (verè scilicet talibus) uti non licet, cùm quis alteri, vel pro altero aliquid facit, seu alienum negotium agit: quamvis contrà Græci non semper utantur verbis Mediis, ubi quis pro se, vel in proprio negotio aliquid agit: quod probè notari velim. Sic Demosth. adv. Leptin. p. 372. C. Εἰ μὴ λύσειε τὸν νόμον: *Nisi [vestram ipsi] legem solveritis.* Et passim alibi Populus, qui *suas* ipse leges solvit, λύσαι νόμους dicitur, non verò λύσασθαι; quod quidem meminero. Pariter Thucydides de iis, qui *suas ipsi* inducias solvunt, dicere solet

let λῦσαι σπονδάς, non λύσασθαι : quamvis nemo ex veteribus Scriptoribus, Verborum Mediorum Historico illo sit amantior. Ut proinde appareat, Usui (qui nunquam Grammaticorum Regulis ita adstringi potest, ut non sæpe iis se solutum esse ostendat) interdum verba Activa præ Mediis placere. Non rarò tamen in eodem loquendi genere & Activum & Medium promiscuè (eatenus scilicet, quatenus pro Verbo Medio interdum usurpare licet Activum; non autem vice versâ : ut suprâ diximus) adhiberi videas. Sic Herodian. lib. v. c. 3. in fin. Πάντα τὰ ἐπιλήθεια ὅσα εἶχον ἐν κάμαις, ἢ ἀγροῖς τοῖς πλεθροῖν, εἰσκομισάμενοι. Ubi ex usu veteris Atticisimè potiùs dicendum erat εἰσκομισάμενοι : ut ex locis Thucydidis suprâ adductis colligi potest. Hinc ipse Herodianus alibi (lib. viii. cap. 2. n. 15.) Medium εἰσκομισάσθαι similitè in re usurpat.

53. Sic promiscuè dicitur, εἴσαι & εἴσασθαι τρόπαιον. Priorem phrasin habes apud Thucyd. lib. i. c. 54. iii. c. 91. 103. 113. &c. Posteriores apud Xenoph. Ἑλλην. lib. ii. p. 471. D. & lib. iv. Ἑλλην. p. 516. E. Aristoph. Plut. ver. 453. & Thesmoph. ver. 703. Observandum tamen est, Thucydidem dictis in locis de Imperatoribus, seu Ducibus bellicis loqui; qui (si subtiliter rem distinguere velimus) non tam sibi, quàm Populo, à quo missi erant, Tropæa illa erigebant. Eò ergo si modò memoratus Historicus respexit, non temere, sed ratione, & propriè dixit, εἴσαι τρόπαιον. Apud Aristoph. tamen Equit. ver. 518. Magnes Comicus de adversariis suis & æmulis multa dicitur εἴσαι τρόπαια, i. e. erexisse, vel posuisse sibi tropæa. Ubi proinde εἴσαι simpliciter positum esse videtur pro εἴσασθαι. Quòd si verò quis vice versâ εἴσασθαι τρόπαιον adhibere vellet pro εἴσαι : ad significandum nempe, aliquem tropæum erexisse, non sibi, sed alteri, vel in alterius honorem; nescio an barbarisimè crimen effugere posset.

54. Κομίζω, fero, porto, vel adfero, adporto aliquid alteri. Κομίζομαι, propriè, fero, vel porto aliquid, quod meum est; vel porto, fero aliquid pro me, in meum usum, seu in proprio negotio. Thucyd. lib. iii.

c. 98. de Ætolis, qui Athenienses victos, & in sylvâ conclusos, igne cremare conabantur: Πῦρ κομισάμενοι περιεπίμπρησαν. Quare κομισάμενοι? Quia non aliis, seu pro aliis, (id enim propriè foret πῦρ κομισαίτες) sed pro se, sive in proprio negotio, (i. e. contra hostes proprios) ignem ferebant. Vel τὸ κομισάμενοι hîc adhibetur, non tam sensu reflexivo (ut sic loqui mihi liceat) quàm negativo; ut nimirum eo simpliciter indicetur, Ætolos non attulisse illum ignem jussu alieno, neque pro aliis, seu contra hostes alienos: atque adeò ad evitandam potiùs notionem verbi Activi. Vide nos etiam suprâ in verbo ποιεῖμαι, ubi differentiam hanc Verborum Mediorum ab Activis itidem attigimus.

55. Cæterùm, verbum Κορίζομαι, sæpe habet notionem absportandi, vel reportandi, seu referendi, quod ab altero accepimus, vel recepimus. Thucyd. lib. ii. c. 79. sub fin. τὴς νεκρῶν ὑποσπόνδους κομισάμενοι: Cùm mortuos suos παρτίονε interpositâ absportâssent, vel reportâssent, vel, (si non tam vim propriam verbi Medii, quàm simpliciter sensum exprimere velis: quo in casu sæpe consequens pro antecedente, aut vice versâ, ponere licet) recepissent. Idem l. i. c. 113. in fin. Σπονδάς ποιησάμενοι, ἐφ' ἣ τὴς ἀνδρῶν κομιεῖλαι: Induciis factis eâ conditione, ut captivos suos absportarent, seu reciperent.

56. Sed & res corporeas Κομισασθαι dicimur, quæ propriè absportari, seu reportari nequeunt; ut Urbes, agros, castella, &c. in quibus quidem loquendi generibus τὸ κομίζεσθαι optimè reddetur, recipere, vel recuperare. Demosth. in Philip. i. haud procul à princip. Καὶ τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε, κ', &c. Et vestra recuperabitis, [à Philippo Rege] et, &c. Idem Orat. de Pace, sub fin. Πρὸς μὲν τὸ τὴν χώραν ἔχειν, κ' κεκομίσθαι: quod adtinet ad id, quodd regionem suam recuperaverint. Nam τὸ κεκομίσθαι, licet sit Formæ Passivæ, significationem tamen Mediam hîc habet: ut κεκτῆσθαι, ἀνιγεγράφθαι, ἀνιλελάχθαι, πεφοβῆσθαι, & sexcenta alia^k.

[^k Ἐωνῆσθαι, emisse, dicunt Attici. Bos Animadv. p. 40. τῷ προσ-
ελθεῖν αὐτῷ ἔωνῆσθαι φάσκων, ditans pecuniâ se acquisivisse potestatem

57. Transfertur etiam ad res incorporeas: quo casu interdum verti potest, *impetrare, obtinere, vel consequi*: ut apud Thucyd. I. i. c. 43. Νῦν παρ' ἑμῶν ἀξιῶμεν τὸ αὐτὸ κομίζεσθαι: i. e. *Nunc ut idem jus obtineamus, vel impetremus à vobis, postulamus.* Epist. ad Hebræos c. x. ver. 36. Ἴνα κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν: *ut promissionem, sive, id, quod promissum vobis est, reportetis.* Sic κομίσασθαι μισθὸν, δόξαν, &c. *reportare mercedem, gloriam, &c.* quo sensu etiam Verba Media αἶρεσθαι, ἀρῦσασθαι, ἀρῦσθαι & φέρεσθαι, à Græcis adhiberi solent. Cæterùm, verbum κομίζομαι interdum significat, accipio aliquid, non à me ipso reportandum, sed ab altero allatum: ut κομίζομαι ἐπιστολήν, *accipio epistolam.* Sed eo sensu pertinet ad genus secundum verborum Mediorum; de quo infrá.

58. Antequam de primo Genere absolvam, paucis docendus est Lector; Verba Media, etsi interdum parum vel nihil à Verbis Activis significatione differre videantur; revera tamen inter ea hoc saltem interesse discrimen, quòd ancipitem illam relationem *ad se, vel ad alterum* (quæ Verbis Activis inesse solet, & orationem interdum reddit ambiguum) non admittant, neque eatenus sententiam in suspenso relinquunt: quâ de re monuimus etiam quædam suprâ in Verbo Ποιέω. Sic ex. gr. cùm quis dicitur κομίζειν χρυσὸν, quæri potest, num suum, an alienum; seu, num pro se, an verò pro alio aurum ferat. At cùm legitur, aliquem κομίζεσθαι χρυσὸν, statim intelligitur, eum proprium, non alienum; neque pro alio, sed pro se aurum ferre. Thucyd. lib. iii. c. 98. de Ætolis: Πῦρ κομισάμενοι περιεπίμπρησαν. Ubi verbum Medium κομισάμενοι indicat saltem, Ætolos non pro aliis, sed pro se, seu in suum usum (ad hostes nempe suos comburendos) ignem tulisse, vel attulisse. Quòd

accedendi ad ipsum, Philostrat vii. 36. νέκυν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ τάφῳ καλύψαι, Creontem dicunt edixisse mortuum cadaver ne quis sepulchro tegat, Soph. Antig. 27. εἰργάσθαι τάδε, hæc perpetrâsse, Ibid. ver. 300. ἔδὲν ἐξαίρετον ἔδ' ἰδίον πεποιήμαι, Dem. De Coronâ Hinc fortè intelligendus est locus, I Pet. iv. 1. ὁ παθὼν ἐν σαρκί, πῆπαιλαι ἀμαρτίας, cessare vos fecit à peccatis. Anonym.]

si verò

si verò ad hostes alienos, non suos comburendos, atque adeò in aliorum gratiam, ignem illum tulissent, κομισσάντες dicendum fuisset, non κομισάμενοι. Sed hoc exemplum jam suprâ adduximus. Ælian. V. H. iv. 8. de Dionysio Tyranno : Καὶ τὴν ἀρχὴν μείζω ἐποίησε : *Et imperium fecit majus*. Ubi quamvis ex sensu loci clarum sit, Dionysium imperium suum, non alienum, majus fecisse ; tamen Grammaticè saltem illud ἐποίησε sententiam suspendit ; quoniam quæri adhuc potest, τίνι ἐποίησε μείζω τὴν ἀρχὴν ; πότερον ἑαυτῷ, ἢ ἄλλω ; cui imperium majus reddidit ? num sibi, an verò alteri ? Hæc autem quæstio locum non habet, si quis dicat, μείζω τὴν ἀρχὴν ἐποίησαλο : quia, τὸ ἐποίησαλο per se idem significat, ac ἐποίησεν ἑαυτῷ. Hæc observatio magni usûs est in discernendis verbis Mediis ab Activis ; iis præcipuè in locis, ubi nulla inter ea videtur esse differentia.

59. Quòd si verò neque hæc differentia appareat ; statuendum est, ambiguitatis saltem vitandæ causâ in quibusdam loquendi generibus Verba Media potiùs, quàm Activa adhiberi : quod etiam revera ita se habet. Nam ex. gr. quod Latinis est, *obsignare epistolam*, Græci vocant σημήνασθαι, vel κάλασημήνασθαι ἐπιστολὴν : non aliam, ut puto, ob causam, quam ad evitandam πολυσημίαν Verbi Activi σημαίνειν. Nullam enim in dictâ phrasi deprehendere possum significationem reciprocam, seu reflexivam, quæ verbis Mediis, verè talibus, inesse solet. Pariter Græci pro eo, quod Latinis est, *mentionem facere*, semper dicere solent, μνήμην ποιεῖσθαι : nunquam verò ποιεῖν : cujus quidem rei nulla alia afferri potest ratio, quàm quia ποιεῖν μνήμην, in Activo, aliter accipi solet, vel saltem potest : veluti si dicas, ποιεῖν μνήμην αἰώνιον, *memoriam alicujus immortalem reddere* : quâ phrasi usus est Herodian. lib. i. c. 4. n. 15. Vel ποιεῖν μνήμην etiam significare posset, arte quâdam memoriam alicui conciliare : more scilicet Simonidis, qui μνημονικῆς τέχνης inventor fuisse à Suidâ, aliisque traditur. Cæteroqui à notione hâc *faciendi mentionem* usus Verbi Activi ποιεῖν per se non abhorret ; quoniam in aliis locutionibus, quæ sunt ejusdem generis, ferè Activa à Græcis adhiberi videmus :

videmus: veluti cùm dicunt, λέγω, λαλῶ, ἔπω (unde εἶπον), ἐπαινῶ, &c. Id autem ideo moneo, ne quis fortè in hujusmodi loquendi generibus, quale est ποιεῖσθαι μνήμην, relationem aliquam ad ipsum facientem, quæ verbis Mediis, verè ita dictis, inesse solet, sibi fingat, seu nimis subtiliter quærat.

60. Ælian. V. H. ii. 5. Λακεδαιμόνιοι δεινὴν ἐποιεῦντο τῷ χρόνῳ τὴν φειδῶ: Ad verbum: *Lacedæmonii ingentem faciebant temporis parsimoniam.* Quod est ad sensum: *Lacedæmonii minimè temporis erant prodigi, sed valde parci.* Quare autem hîc dicitur ἐποιεῦντο? Quia si Activè dicas, δεινὴν ἐποίησαν, &c. verba hæc longè aliud sonabunt, sensusque erit, *terribilem [aliis] faciebant, vel reddebant temporis parsimoniam.* Duas has igitur notiones adedè diversas mirum non est si Græci uni eidemque locutioni minimè tribuendas esse censuerint. Hinc autem apparet (ut obiter hoc moneam) quàm dextrè viri docti in Indice Æliani, v. Ποιέω, inter alias phrasas, & hanc ponant, ποιεῖν δεινὴν τὴν τῷ χρόνῳ φειδῶ: remittentes simul Lectorem ad citatum locum Æliani; in quo tamen, ut diximus, legitur ποιεῖσθαι τὴν φειδῶ, non ποιεῖν. Nimirum nihil interesse putârunt, Activumne an Medium hîc adhiberetur; inter quæ tamen tantum interest, ut alterum pro altero sine manifesto barbarismi crimine usurpare nequeat. Sic, ποιεῖν ἀγῶνα ταῖς θηλείαις πρὸς ἀλλήλας, apud Xenoph. de Republ. Lacedæm. princip. est, *instituire fæminarum inter se certamen.* At ποιεῖσθαι ἀγῶνα, est, ipsum certare; apud Demosth. Orat. pro Ctesiph. Ποιεῖν λόγον τινὶ, apud Demosth. adv. Aristocr. p. 440. B. est idem quod δῆναι λόγον, i. e. potestatem dicendi facere. At ποιεῖσθαι λόγον, in ead. Orat. paulò pòst, est, loqui, seu verba facere.

61. Eadem est ratio phrasium harum (quas etiam ex parte jam attigimus suprâ in v. Ποιέω) ποιεῖσθαι πρόνοιαν, *providere*: ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν, *curare*: ποιεῖσθαι δεινόν, *grave, vel indignum putare*: ποιεῖσθαι ἀπόβασιν, *excessum facere*: ποιεῖσθαι διάβασιν, *trajicere*, (apud Demosth. adv. Aristocr. p. 451. A.) ποιεῖσθαι διαίρησιν, *in aliquo loco versari, vel degere*, (apud Aristot. Hist. An. lib. ix.

c. 19. & alibi sæpe:) *ποιεῖσθαι εἰρήνην*, &c. in quibus omnibus notio Verbi *ποιεῖσθαι* multum differt à notione Verbi Activi *ποιεῖν*.

62. Et ut Lectori vim & indolem totius Verbi Medii *ποιῆμαι*, in brevi quasi tabellâ depictam exhibeam; Regulam hanc apponam: Verbum *ποιῆμαι*, cum est verè Medium, sive cum habet sensum reciprocum, sive reflexivum, transit in res tam corporeas, quàm incorporeas: at cum sensu reciproco caret, ferè tantum dicitur de rebus incorporeis, sive iis, quæ in actione tantum consistunt, & cum eâ simul desinunt, neque opus aliquod post se relinquunt. Hanc Regulam non solum exempla modò adducta, sed etiam plurima alia passim obvia confirmant.

63. Antequam ad alterum Genus Verborum Mediorum styllum convertam; visum est monere Lectorem, Verbis Mediis addi interdum Pronomen Reciprocum *ἑαυτόν*: idque triplicem potissimum ob causam: vel, 1. necessitatis causâ: vel, 2. propter emphasin: vel, 3, per pleonasmum. Necessitatis causâ additio illa fit, cum aliter sententia constare non potest: veluti si duplex notio reciproca, seu reflexiva, exprimendâ sit. Ex. gr. *κόπιομαι*, absolutè & sine casu positum, significat, *me*, vel *pectus meum in luctu tundo*; quod Latini unâ voce appellant *plango*. At *κόπιομαί τινα*, cum Accusativo, sensu prægnanti notat, *plangendo aliquem lugeo*. Hinc si quis *plangentem* interrogaret; quem *plangis*, seu *plangendo luges*? & ille responderet, *me*, non *alium*: Græcè utique dicendum esset, *κόπιομαι ἑμαυτόν, ἕκ ἄλλον*. Demosth. *περὶ παραπρ.* p. 222. A. *Ἐαυτὸς ἔφασαν δέλεισθαι λύσασθαι*, i. e. *se velle semetipsos redimere*. Quare autem hîc additur pronomen reciprocum *ἑαυτός*? Quia τὸ *λύσασθαι* (ut probabitur infra in Classe secundâ) non significat, se ipsum solvere, vel redimere: sed facere sibi solvi aliquem, i. e. redimere aliquem. Hinc de eo, qui ipse se redimit, dicendum utique est, *ἐλύσατο ἑαυτόν*: quasi dicas, *ipse se fecit sibi solvi*: quæ duplex notio reciproca per solum Verbum *λύσασθαι*, sine pronomine *ἑαυτόν*, exprimi nequit. Addam & aliud exemplum.

64. Τιμωρῶ τινι (ut ἀμύνω τινί) in Activo, est, injuriam ab aliquo propulso; auxilium alicui fero; seu injuriam alicui illatam vindico. At τιμωρῆμαί τινα (ut ἀμύνομαί τινα) significat, aliquem, qui mihi fecit injuriam, ulciscor; seu injuriam mihi illatam vindico, & persequor, seu eo nomine pœnas ab aliquo exigo. Ut proinde notio mixta, seu reciproca hujus Verbi in eo consistat, quod exactio ultionis, seu pœnæ, fiat in *meam ipsius*, non alterius, *gratiam*. Hinc si quis ope Verbi hujus exprimere vellet sententiam hanc, *me ipse punio*, seu *ipse à me ultionem exigo*. necesse utique foret, addito Pronomine Reciproco, dicere, τιμωρῆμαι ἑμαυτόν. Hinc notissima illa Fabula Menandri, Ἐαυτὸν τιμωρῆμεν: ex quâ expressa est ea, quæ hodieque inter Terentianas eodem nomine exstat.

65. Præterea necesse est Pronomen Reciprocum addere Verbis illis Mediis, quæ nullam per se habent significationem reciprocam, & quibus, si terminationem excipias, cum Verbis verè Mediis nihil commune est: qualia scilicet Verba *Activo-media* vocari posse jam suprà diximus.

66. Non solùm autem necessitatis causâ, sed etiam (ut jam suprà dictum) propter emphasin, vel etiam per pleonasmum, Pronomen Reciprocum Verbis Mediis interdum additur; sed rariùs. Xenoph. Cyropæd. l. vi. p. 152. B. Ἐαυτὸν ἀντιπαρεσκευάζετο ἑρρωμένως. Ubi, si locus sanus est, τὸ ἑαυτὸν redundat. Suspicio tamen totum illum locum ab ipso Xenophontē sic scriptum fuisse: Ὁ δὲ Κῦρ, γινώσκων, ὅτι οἴχοιλο συσῆσων, εἴ τι δύναίλο, ἀντιπαλον αὐτῷ, ἀντιπαρεσκευάζετο ἑρρωμένως. Video enim non solùm ab ipso Xenoph. alibi, sed etiam ab aliis optimi ævi Scriptōribus Verbum Medium *παρασκευάσασθαι* sine pronomine reciproco usurpari. Vide suprà Num. 29. Idem lib. v. Ἑλλην. pag. 547. C. Τί γὰρ ἥδιον, ἢ ἑαυτοῖς ἰκανοὺς εἶναι τὰ ἐπιήδεια πορίζεσθαι. Ubi τὸ ἑαυτοῖς majoris emphaseos gratiâ additur. Hoc autem ideo hîc monere volui, nequis fortè crederet, dictam significationem *reciprocam*, seu *reflexivam*, Verbis Mediis non inesse per se; sed extrinsecus illi accedere à Pronomine

reciproco, si non expreffo, faltem fubaudio. Nam hęc ratione omne difcrimen inter Verba Media (faltem ea, quę primę huic Claffi assignavimus) & Activa prorfus tolleretur. Quare ne Lector in errorem hunc (à quo viros etiam doctiffimos parum fibi caviffè video) incidat, tenenda eft hęc Regula: *Verba Media fignificationem reciprocam habent per fe, & à fe: at Activa eandem extrinsecus affumunt ope Pronominis Reciproci, five expreffè, five fubaudio.* Sic ex. gr. καθίζω (quod propriè eft, *federe facio, five in fellâ colloco*) interdum idem fignificat, quod καθίζομαι, i. e. *federe me facio, feu fideo*: inter quę tamen hoc intercedit difcriminis, quòd τῷ καθίζομαι notio illa infit per fe, & fine ellipfi pronominis reciproci *εαυτόν*: τὸ καθίζω verò eandem notionem habere nequeat, nifi dicta ellipfis ei accommodetur. Hinc ad illud Thucydidis, lib. i. c. 126. *Καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμόν, Scholiastes rectè notat, εαυτὲς δηλονότι.* Par iudicium de aliis quoque hujufmodi Verbis Lector ferat.

SECTIO II.

DE SECUNDO GENERE

VERBORUM MEDIORUM,

QUÆ SUNT ACTIVO-MEDIA, SIVE DEPONENTIA.

- I. **N**EQVE folùm Verba Media tunc locum habent, cùm quis ipfe à fe, nemine alio intercedente, aliud patitur, (quod genus notionis mixtę in fuperiore Claffe illustravimus:) fed etiam, cùm quis ab altero aliquid patitur; ita tamen fi volens illud patiatur, & paffioni

passioni illi (quam à se prohibere posset, si vellet) sponte se offerat; vel etiam curâ, jussu, seu mandato suo ipse sibi eam arcessat: actionem passione, hâc ratione admiscens. Et de hâc quidem mixtione actionis, cum passione viros doctos multò minùs, quàm de alterâ (cujus saltem aliquam suspicionem habuerunt) cogitâsse video.

Sic ex. gr. qui à tonsore tondetur, revera quidem ab eo aliquid patitur: sed tamen ipse simul actionem negotio huic admiscet, dum tonsori illi à se arcessito, sponte se tondendum præbet: unde Græci hoc sensu semper adhibent Verbum Mediam Κείρεσθαι, vel in Aor. I. κείρασθαι. Contrâ, mortui, oves, pelles, &c. sensu merè passivo dicuntur κείρεσθαι: quoniam in hoc negotio nec voluntatem ullam habent, nec facultatem, vel adjuvandi vel prohibendi tonsuram. Hoc ipsum eruditè nos docet Philo Judæus l. de Caino his verbis: "Ὡσπερ γὰρ τὸ κείρεσθαι διτλόν· τὸ μὲν ὡς ἀνλιπεποιθὸς, κατὰ ἀντέρεισιν· τὸ δὲ ὡς ὑπεῖκον, καθ' ὑπόπλωσιν. πρόβαλον μὲν γὰρ, ἢ δέρμα, ἢ τὸ λεγόμενον κώδιον, ἔ'εν ἐνεργῆν ἐξ αὐτῶ, πάσχον δὲ μόνον ὑφ' ἑτέρου, κείρεται· ὁ δ' ἄνθρωπος συνδρῶν, καὶ σχηματίζων, καὶ ἐπιήδειον παρέχων ἐαυτὸν, ἀνακρινὰς τῷ πάσχειν τὸ ποιεῖν: Ut enim tonderi duplex est: unum ut passivi non cedens, sensu resistendi: alterum, ut cedens, sensu se submittendi. Nam ovis, aut pelles, aut quod dicitur κώδιον (i. e. vellus ovinum) omnis actionis expers, & passioni tantum obnoxium tondetur; at homo [tondetur,] alterius actionem adjuvans, & ad certum habitum se componens, & tonsioni se accommodans: admiscens scilicet actioni passionem. Sic ergo κείρασθαι, est, facere se tonderi, vel se tondendum præbere: utὶ λῶσασθαι, se lavandum præbere: χρίσασθαι, se unguendum præbere; aliaque hujus generis. Quòd si verò quis tonsuram, lotionem, unctionem, &c. non ab altero sibi fieri curet, sed ipse sibi præstet: eadem Verba ad Classẽm superiorem pertinebunt. Vide suprâ Seçt. i. Num. 5. & 6.

2. Ἀπογράφασθαι (apud D. Luc. in Evang. ii. v. 5. & alibi) secundum viam verbi Medii notat, se, vel nomen suum in tabulis censualibus describendum curare: vel bre-

vius, *se censendum præbere*. Ubi Activa (ut ita loquar) negotii hujus pars designatur per τὸ *curare*, vel *præbere*; at Passiva, per *describendum*, seu *censendum*. Vulgò redditur, *nomina in censu profiteri*: bene quidem, si quis sensum simpliciter spectet; at nimis angustè, si interpretatio hæc ad totam notionis Mediæ mensuram exigatur. Eodem sensu accipiendum est τὸ ἀπογράφεσθαι apud laudatum Lucam dicto capite secundo ver. 3. Καὶ ἰπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι. Ubi tamen, quasi esset merè passivum, vulgò redditur *censeri*, seu *describi*. Contrà Henr. Steph. in Thesauro suo de hoc verbo Lucæ sic censet: *Sed fortasse capitur à Lucâ significatione activâ, sicut in superiùs citatis locis: ut sit ἀπογράφεσθαι idem, quod ἀπογράφασθαι*. Sic de hujuscemodi verbis dubitant viri docti, utriùm significatione Activâ, an verò Passivâ prædita sint; quia latuit eos vera Verborum Mediorum vis & notio, quæ nec merè Activa est, nec Passiva, sed ex utroque genere, ut diximus, mixta. Sic *τιμησαμένων ἀπάντων*, apud Dion. Halicarn. lib. 5. c. 75. sensu Medio dicitur, pro, *cùm omnes se æstimandos, vel censendos præbuisset*. Interpretes ibi minùs accuratè, *omnibus census*. Id enim foret, *τιμηθέντων ἀπάντων*. Neque τὸ ἀπογράφεσθαι, vel ἀπογράφασθαι, ad censum tantùm refertur; sed etiam ad quævis alia negotia, ubi quis nomen suum tabulis publicis inscribendum curat. Xenoph. lib. iv. Ἑλλην. pag. 593. E. Ἀπογραψάμενοι δ' ἐν ταῖς ὀμωμοκυσίαις πόλεσι καὶ οἱ Θεβαῖοι: *Cùm inter urbes, quæ sacramentum præstiterant, etiam Thebani nomen suum professi essent*. Sic & qui ad militiam nomina sua profitentur, ἀπογράφασθαι dicuntur. Xenoph. Ἑλλην. lib. vi. p. 608. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἔφασαν ἀπογράφασθαι πλεόν ἢ ἑξακισχιλίαις. Idem Ἑλλην. lib. ii. p. 471. E. Ἐκέλευον ἀπογράφεσθαι πάντας τὸν δὲ ἀπογραψάμενον αἰεὶ διὰ τῆς πυλίδος ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐξίεναι. Plura exempla adducere supersedeo.

3. Διδάξαι, *docere*: Διδάξασθαι, in Medio, *se docendum præbere Magistro*. Aristoph. Nub. ver. 127. Διδάξομαι, *Autòς βαδίζων εἰς τὸ φροιντίστηριον*. Vide ibi Scholiasten. Et cum Accusativo, Διδάξασθαι τέχνην, *præbere se docendum artem*: pro quo (si quis sensùs tantùm rationem

nem habere velit) brevius dici poterit, *doceri artem, ve-
discere artem.* Aristides apud Thom. Magistr. V. Ἐδίδα-
ξα: Οὐκ ἰδιδάξατο τὴν τέχνην τὴν ἱατρικὴν, ἀλλ' ἰδίδαξεν
αὐτός. Aliàs & Pater dicitur διδάξασθαι υἱόν, quem Ma-
gistro instituendum, seu docendum committit: quo sensu
verbum hoc accipitur apud Aristoph. Nub. ver. 1341.
item apud Platon. in Protag. p. 109. D. bis vel ter: nec
non apud Plutarch. in Solon. p. 90. D.

4. Παραθεῖναι τραπέζαν, *mensam alicui apponere*: at
παραθέσθαι τραπέζαν, *mensam sibi apponendam curare, vel
jubere.* Thucyd. lib. i. c. 130. de Pausaniâ: Τράπεζάν
τε Περσικὴν παρετίθειο. Ubi Interpres: *Mensa quoque
Persica ei apponebatur.* Sed rectius & accuratius sic ver-
tisset: *Mensam quoque Persicam sibi apponi curabat, vel
jubebat.* Xenoph. in Hierone pag. 903. D. Ὅσω ἂν
πλείω τις παραθῆται τὰ περιττὰ τῶν ἱκανῶν, τοσούτω δάτιον
κέρϑε ἐπιπίπτει τῆς ἐδωδῆς. Ubi Interpres: *Quanto plura
quis adposuerit . . . tanto citius satietas cibi nos capiât.* Quasi
esset παραθῆ in Activo. Tu verte: *Quanto plura [edu-
lia] aliquis sibi apponenda curaverit.* Et mox: Ὁ παρα-
τιθέμενος πολλὰ: *Qui multos cibos sibi apponendos curat.*

5. Ἀρχω, in Activo, non simpliciter significat *incipio*;
sed *prior incipio*; seu *aliis ad faciendum præeo*: Ἀρχομαι,
in Medio, alterum sic incipientem sponte sequor; seu
fino, vel curo mihi initium faciendi præberi ab altero:
quod est, si brevius rem exprimere velis, *post alium inci-
pio.* Hoc igitur sensu, illi ex. gr. qui in Choro post
Præcentorem canere incipiunt, dicuntur ἀρχεσθαι ἄδειν;
at Præcentor ipse, ἀρχει τῆς ᾠδῆς. Habet cæteroque τὸ
ἀρχεσθαι & alias notiones, quas exposuimus suprâ Sect.
i. Num. 23.

6. Κρίνω, *judico*: Κρίνομαι, in Passivo, *judicor*: invi-
tus nempe, seu nolens, volens: quo sensu rei criminis
capitalis κρίνεσθαι dicuntur. At κρίνεσθαι, in Medio, di-
citur de litigantibus, qui sponte se iudicio offerunt, sive
judicandos se præbent, seu iudicem adeunt, & rogant,
ut jus sibi dicat. Unde ex consequenti significat, ju-
dicio contendere, seu disceptare. Thucyd. lib. i. c. 39.
Φασὶ δὴ δικῆν πρότερον ἐθελεῖσθαι κρίνεσθαι: *Dicunt se iudicio*

antè disceptare voluisse. Ubi additur δική: quia τὸ κρίνεσθαι à judiciis interdum ad alias etiam lites, contentiones, seu certamina transfertur: ut apud Aristoph. Nub. ver. 66. Τέως μὲν ἔν ἐκρινόμεθα: *Per aliquod igitur tempus inter nos litigavimus, seu contendimus*; De nomine scilicet filio imponendo. Et κρίνεσθαι Ἄρτι, apud Homerum, Il. β. 385. *Marte contendere. Κρίνεσθαι περὶ τῶν ἔλων, de summâ rerum prælio decernere*, apud Polybium. Et cum Dativo, κρίνασθαι Τιθήνεσσι, *pugnare cum Titanibus*, apud Hesiod. in Theog. v. 882.

7. Δικάζω, *jus dico. Δικάζομαι, in Medio, facio mihi jus dici, vel juri dicundo me præbeo, seu offero*; & ex consequenti, *judicio cum aliquo discepto, seu contendo*: itidem ut κρίνομαι; de quo proximè antè. Sic ἐπιδικάσαι, *adjudicare, seu addicere alicui hæreditatem*: quod est officium judicis: at ἐπιδικάσασθαι, *facere, seu curare sibi adjudicari hæreditatem*, quod fit, cùm testimoniis, aliisque argumentis judicem eò adducimus, ut sententiam secundùm nos ferat. Harpocrat. V. Ἐπιδίκασε: Τὸ δὲ ἐπιδικάσαντο, οἷον ἐπεισαν τὲς δικαστὰς ἐαυτοῖς προσνεῖμαι τὸν κληῖρον: i. e. Ἐπιδικάσαντο, *quasi dicas, induxerunt judices, ut hæreditatem sibi attribuerent*. Hinc ex consequenti τὸ ἐπιδικάσασθαι plerumque significat *hæreditatem judicio consequi*. Demosth. ad Olympiod. p 693. C. Ἐπιδίκασεν ὁ Ἄρχων τοῖς ἀντιδικοῖς τοῖς ἡμέτεροις τὸν κληῖρον τὸν Κόωνον. Et statim: Ἐπειδὴ δ' ἐπιδικάσαντο: Ἐ postquam hæreditatem judicio consecuti essent. Ad hunc locum Demosthenis Harpocracion respexit. Et in eâd. Orat. pag. seq. Προκαλεῖσθαι τὲς ἐπιδεδικασμένους. Ubi verbum ἐπιδεδικασμένους, licèt sit Formæ Passivæ, notionem tamen habet Mediam, idemque notat, quod ἐπιδικασαμένους. Et mox: Ἀπολαβὼν παρὰ τῶν ὅσα ἦσαν παρ' ἡμῶν εἰληφότες. Et mox: Ἐπειδὴ ἐπιδικάσαντο οἱ ἀντίδικοι ἡμῶν, ἀπαντα παρέλαβον, ὅσα, &c. i. e. postquam hæreditatem judicio, seu per sententiam judicis, obtinuissent, &c.

8. Τάξαι φόρον, *tributum aliis imponere, seu imperare*, apud Thucyd. lib. iii. c. 50. & lib. i. c. 19. & alibi. At τάξασθαι φόρον, in Medio, semper dicuntur illi, qui pactione interpositâ, atque adeò non planè invitî, seu coacti,

coacti, *tributum sibi imponi patiuntur*: quæ quidem notio ex actione & passione pulchrè mixta est. Dicitur autem vel absolutè τάξασθαι φόρον: vel cum Infinitivo, τάξασθαι φόρον, χρήματα, ἀποδῶναι, φέρειν, &c. Thucyd. lib. i. c. 108. Ὁμολόγησαν οἱ Αἰγινῆται τοῖς Ἀθηναίοις, τεῖχος τε περιελόνηες, καὶ ναῦς παραδόντες, φόρον τε ταξάμενοι ἐς τὸν ἑπίσταν χρόνον. Et eod. lib. c. 99. Χρήματα ἐτάξαντο ἀπὸ τῶν νεῶν φέρειν. Et cap. 101. Χρήματα ταξάμενοι φέρειν. Vide etiam eod. libr. c. 117. & lib. iii. c. 50. & alibi: item Plutarch. in Pericl. p. 167. B.

9. Ψηφίζω, calculos colligo, seu calculis collectis, vel subductis computo: item suffragia colligo, vel sententias rogo: quo sensu tamen compositum ἐπιψηφίζω potius usurpari solet, ut mox dicetur. At ψηφίζομαι, in Medio, facio suffragia mea colligi, vel curo sententiam me rogari: & ex consequenti, suffragium fero, seu suffragio lato aliquid statuo, decerno, vel scisco. Et hæc quidem notio adeò nota est, & obvia, ut supervacaneum putemus exemplis eam illustrare. Sed de verbo ἐπιψηφίζειν hic agere operæ pretium erit. Id enim à Viris doctis non fatis intellectum esse animadvertimus. Nimirum ἐπιψηφίζειν propriè notat, populi suffragia de re aliquâ colligere; seu populum in suffragium mittere; vel populum de re aliquâ sententias rogare: quod apud Athenienses non solum Ἐπιστάτης, sed etiam novem Proëdri facere solebant. Thucyd. lib. vi. c. 14. princ. Καὶ σὺ, ὦ Πρύτανι, ταῦτα ἐπιψηφίσεις, καὶ γνώμας προτίθεις αὐθις Ἀθηναίοις: *Et tu, ô Prytani (quo nomine hîc designatur Ἐπιστάτης, sive Præses Senatûs) de his rebus populum in suffragium mitte, eique sententias iterum propone.* Malè ibi Interpretès τὸ ἐπιψηφίσεις reddit, *de consilii sententiâ confirmat.* Nam agitur ibi de re populo proponendâ, sive de quâ populi sententia roganda erat. Scholiastes quoque τὸ ἐπιψηφίσεις minùs rectè interpretatur, δευτέρας ψήφους τίθει. Nam etiam cùm quis primâ vice populum de re aliquâ in suffragium mitteret, id ἐπιψηφίζειν dicebatur: ideo nimirum, quia Athenis olim vix aliqua res ad populum ferebatur, nisi priùs Senatûs de eâ censuisset. Sic ergo ἐπιψηφίζειν propriè foret, post ψήφισμα Senatûs: (quod προσέλευμα dicebatur, quia rogationem populi præcedebat)

bat) de re aliquâ populi suffragia exquirere. Harpocrat. Προβέλευμα, τὸ ὑπὸ τῆς βελῆς ψηφισθῆν, πρὶν εἰς τὸν δῆμον συνεχθῆναι. Vide eund. V. Ἀπροβέλευθον: itemque Argument. Orat. Demosth. adv. Androtionem. Æschin. contra Ctesiph. in princ. Καὶ ταῦτα ἕτεροί τινες τὰ ψηφίσματα ἐπιψηφίζουσιν, ἐκ ἐκ τῆ δικαιολάβῃ τρέψῃ λαχόντες: προσδρεύειν: *Et de his rebus, quas Senatus decrevit (vel quarum auctor Senatus est factus) alii Populum ad suffragia vocant, &c.* Ubi Proëdris τὸ ἐπιψηφίζειν assignat. Et quidem partem illius ἐπιψηφίσεως fuisse, τὸ ἀναγορεύειν τὰς χειροτονίας (i. e. publicè pronuntiare numerum manuum, quæ tollerentur.) idem paulò post indicat. Cæterùm Wolfius τὸ ἐπιψηφίζουσιν in dicto loco Æschinis malè reddit, *comprobent*. Id enim foret, ἐπιψηφίζουσαι, in Medio. In eâd. Orat. p. 285. A. Τίς ἦν ὁ ταῦτα γράψας, καὶ τίς ὁ ταῦτα ἐπιψηφίσας πρόεδρς. Ubi Wolfius eundem errorem errat. Et eâd. Orat. p. 292. B. Κότυφον, τὸν τότε τὰς γνώμας ἐπιψηφίζουσα. Ubi Wolf. satis rectè, *Cottyphum qui tunc sententias rogârat*. Notandum tamen, γνώμας hîc non tam dici ipsius populi suffragia, quàm aliorum (puta Oratorum, qui Populo aliquid suaderent) sententias, de quibus Populi suffragia exquirenda erant. Quare, γνώμας ἐπιψηφίζουσιν (quod eodem modo dictum est, quo in loco superiùs citato, ψηφίσματα ἐπιψηφίζουσιν) accuratiùs vertetur, *sententias eorum, qui publicè aliquid suadent, ad Populi suffragia revocare*. In eâd. Orat. paulò superiùs: Ἐκφέρειται πρόβέλευμα εἰς τὴν ἐκκλησίαν· τὸ δ' αὐτὸ τῆτο καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διεπράξατο ἐπιψηφισθῆναι, καὶ γενέσθαι τῷ δήμῳ τὸ ψήφισμα. Qui locus insignis est ad probandum id, quod antè diximus; nimirum res ad Populum ferri demum solitas fuisse, postquam Senatus de iis censuisset, sive decrevisset: idque cùm factum esset, ψήφισμα, sive πρόβέλευμα Senatûs, postea etiam fiebat ψήφισμα Populi. Demosth. adv. Androt. haud procul à princip. Πρῶτον μὲν οἱ προσδρεύοντες τῆς βελῆς, καὶ ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων Ἐπιστάτης, ἡρώτων, καὶ διαχειροτονίαν ἐδίδοσαν. Cum quo loco comparandus est ille, qui non longè præcedit: Ταῦτ' ἐπήρετο ὁ Ἐπιστάτης, διαχειροτόνησεν ὁ δῆμος. Unde apparet, τὸ ἐπιψηφίζειν in priore loco idem esse, quod hîc ἐπέρεσθαι,

i. e. *rogare Populum*. Utrumque enim τῷ Ἐπιστάτῃ tribuitur. Præterea notandum est, τὸ ἐπιψηφίζειν in priore loco τῷ Ἐπιστάτῃ, tanquam summo Senatûs Præsidi, καὶ ἕξοχὴν tribui; quamvis cæteroqui & alii novem Proëdri dicerentur ἐπιψηφίζειν: ut non solum ex superioribus constare potest; sed etiam ex loco hoc Demosthenis adv. Timocrat. pag. 482. Β. Ἡ Πρόεδρὸς ταῦτ' ἐπιψήφισεν, ἢ Πρύτανις. Ubi per Πρύτανιν intelligitur Ἐπιστάτης: uti & in loco Thucydidis suprâ adducto. Xenoph. lib. vi. de Exped. Cyr. p. 373. C. Ἐπειδὴ δὲ ἔδοκει δῆλον εἶναι, ὅτι αἰρήσοιτο αὐτὸν, εἴ τις ἐπιψηφίσει: i. e. *Cum autem manifestum videretur, [milites] eum electuros esse, si quis suffragia illorum exquireret.* Interpres malè: *Si quis de concilii sententiâ decretum faceret.* Idem Ἀπομνημ. lib. i. p. 711. Β. de Socrate: Ἐπιστάτης ἐν τῷ δήμῳ γενόμενος, ἐκ ἐθέλησεν ἐπιψηφίσει. Ubi interpr. malè, *decretum adjuncto suffragio suo, facere noluit.* Tu verte: *De re illâ Populum in suffragium mittere noluit.* Dion. Halicarn. l. vii. c. 17. in fin. Τῆτον τὸν νόμον ἐπιψηφίσαντες οἱ Δῆμαρχοι. Ubi manifestè significat, *rogare Populum*. Expressere enim voluit phrasin illam in Comitiiis Romanorum olim usitatam, *rogare legem*: quod est sensu prægnanti, *rogando Populum legem sancire*. Nulla enim lex Romæ olim, liberâ adhuc Republicâ, sanciri, nec ferè aliud quicquam publicè statui solebat, nisi priùs Consules, vel etiam Tribuni plebis (quos Dionysius in citato loco Δημάρχους vocat) populum rogâssent, *vellent-ne & juberent aliquid fieri*; unde & leges sic *rogatæ* ἔσ' *latæ*, propriè dicebantur *rogationes*: ut nemini non notum est. Porro Thucyd. lib. i. c. 87. princ. cum Accusativo & Præpositione dixit: ἐπιψηφίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν: quod Interpr. rectè vertit: *In Lacedæmoniorum concione sententias rogare.* At Lucianus in Timon. p. 140. Edit. Amst. cum Dativo dixit, ἐπιψηφίζειν τῇ ἐκκλησίᾳ: quod licèt insolens videatur, comparari tamen potest cum phrasi illâ, ψῆφον ἐπασαγεῖν τινι, quâ usus est Thucyd. lib. i. c. 87. 119. 125. & alibi. Ut hoc addam; Harpocr. vocem Ἐπιψηφίζων interpretatur ἐπικυρῶν, i. e. *ratum faciens*, seu ἀποπροβάνς: sed quæ interpretatio (licèt eam doctissimus Valesius,

leſius, aliique amplectantur) à verbo hoc aliena eſt; ut ex ſuperioribus apparet. Obduci tamen nobis poſſet locus hic Xenophontis lib. vii. Ἀναβ. p. 404. Ἐπὶ ταῦτοις ἔπεξε Ξενοφῶν, εἴ τις ἀντιλέγει, λεγέτω. εἰ δὲ μὴ, ἐπιψηφίζετε ταῦτα· ἐπεὶ δὲ ἔδειξ ἀντιλέγεον, ἐπιψήφισαν. Ubi certum quidem eſt, τὸ ἐπιψηφίζειν poſitum eſſe pro ἐπιψηφίζεσθαι, i. e. *rem ſuffragio ſuo comprobare*: ſed vix crediderim, id ab ipſo auctore profectum eſſe, cūm videam, non ſolūm ab aliis Scriptoribus, ſed etiam ipſo Xenophonte alibi, verbum hoc, eo, quo ſuprà diximus, ſenſu uſurpari. Quare leviffimā mutatione reſcribendum cenſeo, ἐπιψηφίζεσθε, pro ἐπιψηφίζετε: & ἐπεψηφίσατο, pro ἐπιψήφισαν. Emendationis huius ſponſorem do ipſum Xenophontem, qui eod. lib. p. 414. D. in ejuſdem rei & facti narratione, Verbum Medium ἐπιψηφίσασθαι adhibet. Sic enim inquit: Πάντες μὲν ἐλέγετε σὺν Σεύθῃ ἴεναι, πάντες δ' ἐπιψηφίσασθε ταῦτα. Utitur etiam Xenophon verbo hoc lib. iv. Ἑλλην. p. 513. ubi ait: Πάντες ἐπεψηφίσατο βοηθεῖν μετ' Ἀγησιλάου τῆ Λακεδαίμονι. Et Dionyf. Halicarn. lib. vi. c. 34. princ. Ἐπιψηφιεῖται μὲν ἡ Βελή ταῦτα, καὶ νόμος τάξιν ἀποδώσει τοῖς γραφησομένοις. Id eſt, *Hæc autem Senatus ſuo decreto rata facio*: ut ibi Interpretes rectè. Sed ſatis de verbo ἐπιψηφίζω.

10. Θεῖναι νόμον, ſemper dicitur de Legislatore, ſive eo, qui legem Populo ponit: at Δέσθαι νόμον dicitur ipſe Populus, qui legem à Legislatore ſibi ferri facit, curat, vel mandat: vel legem à Legislatore latam volens accipit, eamque ſuffragio ſuo confirmat. Pari modo Δέσθαι ὑποθήκην dicitur Creditor, qui pignus à debitore ſibi dari curat, ſeu pignus à debitore accipit: ut inferiùs exponetur. Et παραθέσθαι τράπεζαν, eſt, menſam ſibi apponendam curare; ut ſuprà dictum eſt. Quàm parum autem dicta differentia inter Θεῖναι & Δέσθαι νόμον, vel ſaltem differentię illius ratio, adhuc animadverſa & perſpecta fuerit, res ipſa docet. Quare operæ pretium erit, utramque phraſin exemplis illuſtrare. Et primo quidem de Legislatore, ſive auctore & ſuaſore legis, dici Θεῖναι νόμον, oſtendemus. Xenoph. de Republ. Lacedæm. pr. Λυκῆργοι τὸν Δέμια τρωτοῖς [τοῖς Λακεδαιμονίοις] τὰς νόμους. Demoſth.

Demosth. adv. Leptin. p. 373. C. Καθ' ὃν τρόπον ὁ Σόλων τὰς νόμους κελεύει τίθεναι. Et pag. seq. A. Χρῆν τοίνυν Λεπτινῶν μὴ πρότερον τίθεναι τὸν ἑαυτῷ νόμον, πρῖν, &c. Et in princip. ejusd. Orat. Διὰ τῆτο ἔτως ἔθηκε τὸν νόμον. Lep-
tines nempe. Idem adv. Timocr. p. 463. A. Ὡς τίθησι θελοῖ τὸν νόμον. Timocrates scilicet. Et paulò post: Τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ τίθησι τὸν νόμον. Et p. 465. C. Γράψαι καὶ δεῖναι νόμον ὑμῖν. Et eād. Orat. pag. 489. de Solone & Dracone Legislatoribus: Συμφέροντας ἔθηκαν καὶ καλῶς ἔχοντας τὰς νόμους. Et sic sexcentis aliis in locis. At contrā θέσθαι νόμον non de Legislatore, sed de Populo ipso (ut suprā jam diximus) usurpatum reperias. Harpocration. v. Θεσθαι: Ἐπὶ τῶν νόμων λέγεται, ὡς ἔθηκε μὲν ὁ Νομοθέτης, ἔθελο δὲ ὁ δῆμος. Sic enim lego pro, ἔθελο καὶ ὁ δῆμος. Addit mox Harpocration: Ἐν μὲν τοι τῷ κατὰ Στεφάνου φησὶν Ἐαυτῶ νόμους ἰδίως θέμενον. Μὴ ποτε δὲ ἀντὶ τῷ Δείλῳ, θέμενον, i. e. in Oratione tamen adversus Stephanum inquit: Sibi privatim leges θέμενον. Ubi videndum annon θέμενον dictum sit pro Δείλῳ. Locus Oratoris, quem Harpocration designat, extat in Orat. ii. advers. Steph. sub finem: ubi hodie pro ἑαυτῷ, legitur, αὐτὸν αὐτῷ: quod eodem redit. Non est autem necesse cum Harpocratiōne statuere, θέμενον hīc positum esse pro Δείλῳ. Nam uti qui aliis Legem ponit, Activè dicitur θεῖναι νόμον, ita qui ipse sibi legem ponit, rectè, & ex propriā Verborum Mediorum vi, dicitur θέσθαι νόμον: vel addito Pronomine ἑαυτῷ: vel sine eo. Si addatur, erit Pleonasmus: de quo videat Lector, quæ notavimus Sect. i. Num. 66. Demosth. adv. Leptin. p. 373. C. Οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτε ἐπέισθητε θέσθαι νόμον: Neque vos unquam (alloquitur ibi Athenienses) legem hanc poni vobis siviissetis. Et in princ. ejusd. Orat. Ἄρ' ἐν θησόμεθα τὸν νόμον: An igitur legem [hanc] nobis ferri curabimus, vel sinemus. Loquitur nimirum ibi Demosthenes, non tanquam Legislator, sed tanquam unus ex Populo. Et p. 368. A. Ὁ μὴ πάθητε νῦν ὑμεῖς, μηδὲ αἴεσθε νόμον τοιῶτον θέσθαι δεῖν. Idem Orat. adv. Timocr. p. 480. C. Τὰς μὲν τῷ Σόλωνος νόμους, ἕς οἱ πρόγονοι ἔθελο, λύουσιν αὐτοί. τοῖς δ' ἑαυτῶν, ἕς ἐπ' ἀδικίᾳ τίθεισιν, χρῆσθαι ὑμᾶς οἴονται δεῖν. Idem adv. Mid. p.

390. Α. Χρῆ δὲ, ὅταν μὲν τιθῆσθε τὰς νόμους, ὅποιοί τινες εἰσὶ, σκοπεῖν. ἐπειδὰν δὲ θῆσθε, φυλάττειν κ' χρῆσθαι. Æschin. in Timarch. pag. 195. Α. Τὰς νόμους τίθεσθε ἐπὶ πᾶσι δικαίοις. Et mox: Καλλίγους νόμους τίθεσθε. Vos Athenienses, scilicet. Thucyd. l. v. c. 63. Νόμον ἔθειλο ἐν τῷ παρόντι. Lacedæmonii nimirum. Ælian. V. H. ii. 28. Ἀθηναῖοι νόμον ἔθειλο. Et sic passim alibi. Hinc minùs accuratè locutus est Plutarch. in Poplicolâ, ad fin. p. 110. F. ubi de Solone Legislatore ait: Ὁ μὲν ἅμα τῷ θῆσθαι τὰς νόμους. Et in Pericle p. 153. D. de Xanthippo: Καὶ νόμους ἔθειλο. Cæterùm, si quis phrasin hanc, θῆσθαι νόμον, potiùs Classi superiori assignandam censeat; quasi nempe Populus ideo dicatur θῆσθαι νόμον, quòd legem sibi ponat: cum eo contendere nolim. Nam phrasis hæc est ex earum numero, quæ pro diverso considerandi modo utrique Classi accommodari possunt. Sic si exemplum illud paulò antè adductum, Ἄρ' ἔν θησόμεθα τὸν νόμον, comparetur cum eo, quod suprâ Sect. i. Num. 47. ex Euripide attulimus, τὰμὰ θήσομαι καλῶς: nihil obstat, quòd minùs illud θησόμεθα τὸν νόμον, vertere possimus, *legem nobis proponemus*. Quòd si verò conferatur cum phrasi illa, θῆσθαι ὑποθήκην: (de quâ infrâ Num. 13) rectè ad Classem hanc secundam, eo, quo diximus, sensu referri poterit.

11. Λύω, solvo captivitate, seu captivum dimitto, apud Homerum & alios. Λύομαι, in Passivo, solvor captivitate, seu dimittor. At Λύομαι, in Medio, facio mihi solvi captivum, i. e. redimo. Homerus Iliad. Α. princ. de Chryse Sacerdote: Ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν, Λυσόμενός τε Δύγαλρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα, i. e. *redempturus*. Idem II. Ω. ver. 118. & 195. Λύσασθαι φίλον υἱόν: *Redimere charum filium*. Demosth. Περὶ παραπρ. p. 222. Α. Φέρε δὴ κ' ὄσους αὐτὸς ἐλυσάμην τῶν αἰχμαλώτων, εἶπω πρὸς ὑμᾶς. Ubi Wolf. rectè, *quos ipse captivos redemerim*. Lucian. in Timone p. 150. Ed. Amstelod. Καλαδεδίκασο γὰρ, κ' ἐδέδειο· καὶ γὰρ ἐλεήσας ἐλυσάμην αὐτόν: *Ego misertus, illum redemi*. Vide etiam suprâ Sect. i. Num. 63. Quare λύειν, in Activo, significet, captivum *solvere*, sive *dimittere*; at λύσασθαι, in Medio,

Medio, captivum *redimere*; nondum ab ullo Grammaticorum video esse expositum. At verò differentiæ hujus ratio ex iis, quæ de naturâ & indole Verborum Mediorum diximus, satis clarè patet. Nam λύσαι ἀιχμάλωλον, (*solvere, five dimittere captivum*) est actio simpliciter transiens in alium. At qui captivum *redimit*, quod est λύσασθαι ἀιχμάλωλον, eum sibi solvi facit, five captivum sic solutum & dimissum recipit: quæ est actionis in ipsum agentem reflexio. Habent ergo λύσαι & λύσασθαι mutuatam quandam inter se relationem: uti δανείσαι & δανείσασθαι, χρῆσαι & χρήσασθαι, τῖσαι & τίσασθαι, κομίσαι & κομίσασθαι, μισθῶσαι & μισθῶσασθαι, aliaque, quorum Activa ad *dantem*, Media verò ad *accipientem* referuntur. Homer. Odyss. κ. ver. 383.

ὦ Κίρκη, τίς γάρ κεν ἀιγῆς

Πρὶν τλαίη πάσασθαι ἰδητύθ, ἠδὲ ποτήτθ,

Πρὶν λύσασθ' ἰτάρες, κ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.

i. e. O Circe, quis enim vir . . . sustineat gustare cibum & potum, priusquam socios captivitate solutos receperit, & oculis suis adspexerit. Interpretes λύσασθαι ibi vertunt *redimere*: sensu nimis angusto. Nam verbum hoc non solum significat captivum pretio redimere, sed etiam precibus, aliisve modis à captivitate liberare, & sic liberatum recipere. Ulysses certè, Homero prodente, non pretio, sed precibus & blanditiis sociorum suorum libertatem à Circe impetravit. Utì verò Ulysses in memorato loco Homeri socios suos dicitur λύσασθαι, ita Circe eisdem λύει, i. e. *solvit & dimittit*: sensu merè activo, seu transitivo, ut Grammatici loqui solent. Poëta enim statim subjungit, ex personâ Ulyssis Circen alloquentis: Ἄψσον, ἰν' ὀφθαλμοῖσιν ἴδω ἱρίηρας ἰταίρες: *Solve, ut oculis videam dilectos socios*. Neque hîc tantum, sed & alibi apud Homerum dictam differentiam inter λύσαι & λύσασθαι observare licet. Unus tantum occurrit locus, nimirum Il. A. ver. 20. ubi λύσασθαι simpliciter videtur positum esse pro λύσαι. Verba Poëtæ hæc sunt:

Παῖδα δὲ μοι λύσασθε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθε.

i. e. *Filiam verò mihi solvite dilectam, &c.* Sed auctor est Eustathius, Herodotum & Appionem Grammaticos jam olim in loco illo Poëtæ pro λύσασθε & δέχεσθε legisse, λῦσαι τε & δέχεσθαι: quam lectionem etiam plures Codd. Mss. exhibent, teste Barnesio. Ut proinde locus ille sit suspectus, vel saltem dubius. Sed pone, λύσασθαι, simpliciter interdum adhiberi pro λῦσαι, i. e. captivum solvere sive dimittere: non tamen inde sequeretur λῦσαι vice versâ poni posse pro λύσασθαι, i. e. captivum redimere, vel captivum pretio redemptum, aliove modo à captivitate liberatum recipere. Nam significationem illam à verbo λῦσαι alienissimam esse, nemo est qui dubitare, vel negare aufit. Ut proinde, concessio quamvis eo, quod diximus, non tamen omnis differentia inter λῦσαι & λύσασθαι sublata foret: sed tantùm inde sequeretur, λύσασθαι, non semper habere significationem Mediam sed tunc tantùm, cùm ponitur pro *captivum redimere, sive redemptum recipere.*

12. Τίειν, τίσαι, vel τινύειν, solvere, persolvere, luerre: ut τινύειν, vel τίσαι λύτρα, χάριν, δίκην, ποινήν, &c. persolvere lytra, grates, pœnam, &c. quarum phrasium exempla in Lexicis obvia sunt. At τίνυσθαι, vel τίσασθαι, in Medio, facere sibi aliquid persolvi: sive, ab altero aliquid, quod nobis debitum est, exigere & repetere. Homer. Odyss. N. ver. 15. Ἡμεῖς δ' αὐτε ἀγειρόμενοι κατὰ δῆμον, Τισόμεθα. Ubi Scholiastes τὸ τισόμεθα, quod ad sensum adtinet, rectè exponit, εἰσπραξόμεθα, ἢ ἀποληψόμεθα: i. e. *repetemus, vel recipiemus.* Et quoniam inter ea, quæ vel nobis ab altero, vel alteri à nobis, tanquam debita persolvi par est, etiam referri solet pœna pro maleficio vel damno illato (unde etiam phrasæ illæ, *dare, vel persolvere pœnas, pro puniri*) hinc τίνυσθαι, vel τίσασθαι: plerumque significat, facere sibi persolvi pœnas, i. e. sumere pœnas, seu unâ voce, *punire vel ulcisci aliquem.* Hujus significationis ratio, perelegans fanè, quàm parum adhuc cognita & perspecta fuerit, vel Henr. Stephanus (quem nemo, quod sciam, erroris redarguit) documento nobis esse poterit. Is enim in Thesauro suo L. Gr. Tom. 3. col. 1565. Activum τίσαι cum Medio τίσασθαι planè

planè confundens, sic scribit: *Τίω significat non solum Honoro, Æstimo, ut supra docui; sed etiam Punio, Vindico, Ulciscor; ut ex sequentibus patebit. In quâ significatione usitator est vox Media.* His similia sunt, quæ Idem col. 1566. de compositis Ἀντίω, & Ἀποτίω notat. Itane vero, Stephane, vox Media, significatione puniendi, tibi usitator videtur, quàm Activa? Sed ubi, quæso, Activum τίω unquam pro punio lectum tibi fuit? Nusquam, mihi crede, Lector. Nam τίειν, vel τινύειν (ut jam diximus) semper habet notionem solvendi vel luendi: at contrà τίνυσθαι, vel τίσασθαι, significat à solvente aliquid accipere; seu ab altero id, quod nobis debetur, exigere, vel sumere; & præcipuè *pœnam*. Non magis ergo τίσαι. & τίσασθαι confundere licet, quàm δανείσαι & δανείσασθαι, μισθῶσαι & μισθώσασθαι, χρῆσαι & χρήσασθαι, δειῖναι. ὑποθήκην & δέσθαι, aliaque hujus generis verba (de quibus mox) quorum Activa semper ad *dantem*, Media verò ad *accipientem* referuntur. Cæterùm exempla τῆ τίσασθαι, pro punire, vel ulcisci, haud pauca extant apud Homerum, aliosque Poëtas potiùs, quàm pedestres Scriptores. Compositum tamen ἀποτίσασθαι non solum Poëtæ usurpant, sed etiam Xenophon, Scriptor Ἀθηκότατος, lib. v. de Instit. Cyr. p. 139. A. ubi ait: Ἀποτίσασθαι τὸν κ' θεῶς ἐχθρὸν, κ' ἀνθρώποις: *Ulcisci [seu punire] hominem & Diis & hominibus inimicum.* Et lib. iii. Ἀναβ. pag. 300. C. Ἀλλὰ τέτρες μὲν οἱ θεοὶ ἀποτίσαισιλο: *Verùm de his Diis merita sumant supplicia:* ut Interpres rectè reddit.

13. Θεῖναι ὑποθήκην, *pignus dare*; at δέσθαι ὑποθήκην, *facere, seu curare sibi pignus dari, five accipere pignus.* Posteriùs dicitur de Creditore; uti prius de Debitore. Harpocrat. Θεῖσθαι, ἀντὶ τῆ ὑποθήκην λαβεῖν. Pollux, lib. iii. Sect. 84. Ὑποθήκην δέεις, ὁ δανειζόμενος: Ὑποθήκην δέμενος, ὁ δανείζων: *Pignus dans, [dicitur] debitor: pignus accipiens, creditor.* Idem lib. viii. Sect. 142. Θεῖναι μὲν οἰκίαν, τὸ δέικαι εἰς ὑποθήκην δέσθαι δὲ, τὸ λαβεῖν εἰς ὑποθήκην καὶ τὸ μὲν ἔθηκε· τὸ δὲ, ἔδωλο. ἑμοίως ὑπέδωλο. Eadem est ratio verbi Ἀποδιμῆσαι, & Ἀποδιμῆσασθαι, Nam Ἀποδιμῆσαι dicitur maritus, qui *pignus æstimatum pro dote uxoris dat*: at ἀποδιμῆσασθαι significat, *pignus ejus-*

modi accipitur. Harpocrat. v. Ἀπολιμήλαι: Ἐλέγελο δὲ ὁ μὲν δὲς τὸ ἀποτίμημα, ἐνεργητικῶς ἀπολιμᾶν ὁ δὲ λαβῶν, ἀπολιμᾶσθαι. Suidas: Ἀπελιμήσαλο, ἀντὶ τῆ ἀπολίμημα ἔλαβεν. Vide eund. v. Ἀπολιμήλαι. Demosth. i. adv. Onet. sub princip. Ἀποδείξω ἔ μόνον τὴν προῖκα ἔ δεδωκότα, ἧς φησι νῦν ἀπολιμήσασθαι τὸ χωρίον: *Demonstraboeum* [*Onetorem*] *non solum dotem non dedisse, pro qua fundum illum pignoris loco se accepisse dicit: [sed etiam, &c.]* Et mox: Ἀπολιμήσασθαι φάσκων τὴν γῆν: i. e. interprete Wolfio, *sibi prædium illud oppigneratum esse dictitans.* Vid. etiam pag. seq. Sic εἴησαι¹ & ἀποσηῆσαι est appendere ad libram, seu appensum quid alteri tradere: at εἴησασθαι, & ἀποσηῆσασθαι, facere sibi aliquid appendi, seu appensum accipere. Hesych. Ἀφίσησιν, εἰς αὐτῶν παραδιδῶσιν. Idem Ἀποσηῆσας, πωλήσας εἰς αὐτῶν, i. e. Ἀποσηῆσας, *qui ad libræ pondus vendidit.* Harpocrat. Ἀποσηῆσάμενον, ἀντὶ τῆ πρὸς εἰς αὐτὸν παραλαβόντα. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον. Eadem habet Suidas: qui & hæc addit; Καὶ ἀποσηῆσονται, εἶον εἰς αὐτῶν λάβωσιν ἴσον. Locus autem Demosthenis in Orat. adv. Timotheum (ad quem Harpocrat. & Suidas alludunt) exstat pag. 704. A. & sic habet: Χρῆν γὰρ τὸν ὑποδεξάμενον ἢ ἀποσηῆσάμενον τὸν χαλκὸν τῶν οἰκείων τῶν ἡμετέρων, τῆτον ἐξαίρειν. Ubi Wolfius malè ἀποσηῆσάμενον reddit, *qui expendisset: pro qui ad libram appensum accepisset.*

14. Κομίσαι ἐπιστολήν, *ferre, seu afferre alicui epistolam.* At Κομίσασθαι ἐπιστολήν, *curare sibi afferendam epistolam, seu simpliciter, allatam epistolam accipere: ut in Epistolâ Philippi Regis apud Demosth. pro Ctesiph. five pro Coron. p. 337. B. Ἐκομισάμην τὴν παρ' ὑμῶν ἐπιστολήν.* Exempla alia passim obvia sunt. Vide etiam suprâ Sect. i. Num. 54. & 55. ubi de aliis verbi hujus notionibus exposuimus.

[¹ Mirè verò errat *Methode de Port Royal*, l. iv. regl. 1. 3. ubi εἴησαι veritèr *être debeat*, i. e. *to stand*, quod debuit verti activè *to place, appoint.* Neutra significatio istius verbi Præterito convenit et Aor. 2; nunquam Aor. 1; nec unquam variatur in hæc re per omnes Græciæ fines. Vide, si libet, Duportii Prælect. in Theoph. c. 2. et nostrates Grammaticos.]

15. Χρη̄σαι, *commodare, seu utendum dare: Χρη̄σασθαι, facere sibi aliquid commodari, sive utendum accipere.* Exemplis in re clarâ & notâ abstineo. Et quoniam qui rem utendam accepit, eâ etiam *utitur*: hinc χρᾶσθαι etiam dicitur, qui re aliquâ *utitur*: ut nemini non notum est. Neque solùm χρᾶν, in Activo, significat *commodare*; sed etiam *oraculum edere*: ut constat. Hinc χρᾶσθαι, in Medio, interdum notat; *curare sibi oraculum edi, seu oraculum consulere.* Exempla quære in Lexicis. Sic συμβαλεύειν, in Activo, *consilium dare*: at συμβαλεύεσθαι, in Medio, *curare sibi consilium dari sive consulere aliquem.* Hujus generis verbum est μαντεύομαι: quatenus nempe significat, *oraculum consulo.* Nam interdum, ut constat, ponitur pro, *oraculum edo*: sed quo sensu propriè significat, *sino me consuli de eventu rei futuræ; & ex consequenti, vaticinor, seu oraculum edo.*

16. Δανείσαι, *mutuam pecuniam dare: Δανείσασθαι, facere sibi mutuam pecuniam dari; pro quo brevius, & magis Latinè dixeris, mutuam pecuniam sumere.* Sic, μισθῶσαι, *locare*: Μισθῶσασθαι, *facere sibi aliquid locari, seu locatum accipere*: quod est uno verbo, *conducere.* Utriusque verbi notio vulgatior est, quàm ut necesse sit exemplis eam illustrare. Hujus generis verba etiam sunt μέρεϊν & μέρεϊσθαι: quatenus nempe illud ponitur pro δανείζειν, hoc pro δανείζεσθαι. Hesych. Μέρεϊ, δανείζει: Μέρεϊσθαι, δανείζεσθαι. Hesiod. Ἔργ. κ' Ἡμ. ver. 349. Ἐδὲ μὲν μέρεϊσθαι παρὰ γείτονι. Ubi Glossæ Mss. Vossii, (ut ibi notat Grævius) καλῶς δανείζεσθαι. Nimirum μέρεϊσθαι, propriè significat, *certâ mensurâ aliquid utendum accipere*: & per catachresin videtur etiam dici de rebus, quæ pondere & numero constant: si quidem falsi non sunt veteres Grammatici, qui (ut diximus) verbum hoc interpretantur δανείζεσθαι. Ego verò non video, quid obstat, quo minùs τὸ μέρεϊσθαι in memorato ἔργο Hesiodi propriâ significatione accipi possit.

SECTIO III.

*De Verbis, Formam quidem, sed non vim
Mediam habentibus.*

ET hætenus de Verbis verè Mediis. Restat nunc, ut paucis attingamus de Verbis, formam quidem, sed non vim Mediam habentibus: quæ duplicis sunt generis. Alia enim Activè tantùm significant; alia Passivè. Prioris generis Verba comparare possis cum illis, quæ *Deponentia* Latini vocant; qualia sunt, Ἐργάζομαι, ῥύομαι, δέχομαι, αἰσθάνομαι, ὄπλομαι, γένομαι, ὀρεῶμαι, προορῶμαι, θύομαι (pro θύω), ὀρίζομαι, διορίζομαι, καλασημαίνομαι, ἐντέλλομαι, *mando*: itemque Futura, quorum Præsentia sunt Activa, ut φεύξομαι, κεύψομαι, καλαθήσομαι, λήψομαι, θρέξομαι, ἀναγνώσομαι, τέξομαι, σιωπήσομαι, ἀκέσομαι, multa que alia. Possè autem hæc Verba appellari Medio-activa, jam suprà diximus. Notandum tamen est, videri quidem Verba nonnulla Medio-activa; sed quæ revera sint Media, si primitiva illorum significatio consideretur. Sic ex. gr. χρᾶσθαι, significatione *utendi*, est Medio-activum: at verò quatenus notat, *facere sibi aliquid commodari, sive utendum accipere*, (unde significatio *utendi* per metonymiam descendit) est Verbum verè Medium; ut jam suprà diximus.

Utì verò dantur Verba quædam, quæ sub Formâ Mediâ significationem merè Activam habent; ita etiam dantur verba, sub eâdem Formâ significationem contrariam, id est, merè Passivam, habentia; quæ appellare possis *Medio-passiva*. In hoc genere nullum Tempus Formæ Mediæ frequentius Passivè usurpatur, quàm *Futurum*. Ex. gr. apud Sophoclem Oedip. Col. p. 291. Πόῳ γὰρ ἢ σὴ προσφορά δηλώσειται. Ubi Schol. ἀντὶ τῆ δηλωθήσεαι. Sic,

Sic, *σαθμήσειαι*, pro *σαθμνηθήσειαι*, habes apud Aristoph. in *Ran.* ver. 809. *Πέσομαι*, pro *πειθθήσομαι*, apud Eund. in *Nub.* ver. 90. 966. *Λέξομαι*, pro *λεχθήσομαι*, apud Eurip. in *Alc.* ver. 322. *Μισήσομαι*, pro *μισηθήσομαι*, apud Eund. in *Ion.* ver. 611. *Φερρήσομαι*, pro *φερρηθήσομαι*, apud Eund. in ead. fab. ver. 603. *Ἀλώσομαι*, pro *άλωθήσομαι*, apud Eund. in *Androm.* ver. 190. *Στερύση τέκνον*, pro *σρηθήση*, apud Eund. in *Phœn.* 1269. Vide etiam Suid. v. *Ζηθήσειαι*.

Credere autem quis posset, libertatem hanc Poëtis tantum, propter metri necessitatem, concedendam esse; nisi & solutæ orationis Scriptores ad eundem planè modum *Futuro* Mediæ Formæ, quamvis multò rariùs, uterentur^m. Nam apud Xenoph. *Instit. Cyr.* lib. i. p. 27. legitur, *καλαλίσειαί σε ἡ ἀρχή*, pro *καλαλυθήσειαι*. Apud Eund. p. 485. *Ἀποσφαγήσοινο*, & *άλωσοινο*, pro *κατασφαγηθήσοινο*, & *άλωθήσοινο*. Item, *πολιορκήσοινο*, pro *πολιορκηθήσοινο*, apud Eundem, p. 595.

Quod autem ad *Aoristum* i. Formæ Mediæ adtinet; ejus usus in significatione *Passivâ* rarissimus est. Ego saltem Tempus hoc vix uno alterove in loco Passivè usurpatum reperi; ut *ἐκείρατο*, pro *κέκαρται* in Fragmento Anonymi apud Plutarch. Tom. ii. p. 1098. *Ἡμετέρας βελαῖς Σπάρτα μὲν ἐκείρατο δόξαν*. Quod Cicero, ni fallor, sic vertit: *Consiliis nostris laus est attonsa Laconum*. Sic *ἀπελυσάμην*, pro *ἀπελύθην*, videtur dixisse Demosthenes in principio Orat. adversus Androt §.

[^m Plura congeffit Budæus, Comm. p. 896. *ἐπαινέσομαι* pro *ἐπαινεθήσομαι*, *φιλήσομαι* pro *φιληθήσομαι*. Antiph. *Καλαστήσομαι* Lyf. & Xenoph. pro *Καλασασθήσομαι*. *Τραφήσομαι* pro *τεθράφομαι*, Lucian. *Διακοιλιόμενος ἢ διαλοξευόμενος*. Xenoph. *Ὀνήσομαι* pro *ὠφελήθησομαι*, *Ἐάσομαι* *sinar*, Theoc. *Ζημιώσομαι*, Idem. *Συνήριφομαι* & *καταρρήξομαι*, Plut. *Διδάξομαι*, Arist. *Στηθήσομαι*, Soph. Antig. 902. & *Locri*. *Ἐπιβελύσομαι*, Xenoph. Adde *ἐπιρρήσομαι*, *comminuentur*. Lucian. *Icaromen*. *τιμήσειαι*, *honorabitur*, Æsch. *Agamemn.* 590. *διώσειαι*, *procul asportabitur*, *buc* & *iluc* *jacetabitur*, Soph. Aj. 511. *λέξομαι*, *dicar*, Eurip. *Alceit.* 322. *Herc. Fur.* 582. *Iph. Taur.* 1647. *κηρύξειαι*, *Phœniss.* 1625. *μισήσομαι*, *invisus ero*, *Troad.* 650. *ἄν ἔασομαι*; *nonne sinar*, *Iphig.* in *Aul.* 331. *ἐπιλάξομεσθα* pro *ἐπιλαχθησόμεθα*, *lut.* *Med.* pro *Passivo*, Eurip. *Suppl. Mul.* 521. *ὄφελον ἢ ἀποκόψομαι*, Gal. v. 12. nisi fortè eo sensu accipias quem in Præfatione notavi.]

[δ Huc adde *ἐγράψασθαι*, Lucian. *Chronosol.* p. 821. *προσεγγράψασθαι*, Arist. tom. I. p. 626. F. *ἀπογράψασθαι* Luc. ii. 5. *τιμήσασ-*

Hæc sunt, quæ de Verbis Mediis dicenda habui: quibus si quid nôsti rectius, Lector,
Candidus imperti: si non, his utere mecum.

INDEX AUTORUM

NOTATORUM ET EMENDATORUM.

- ÆLIAN.** V. H. tentatur, i. 45.
 in Indice notatur, i. 28. 60.
Aristoph. Ran. ver. 908. emend. i. 30.
 Frischlinus, ejus interpres, notatur, i. 24.
Budæus notatur, i. 24.
Demosth. Orat. i. Phil. emend. i. 30.
 Wolfius Interpr. in Æsch. contra Ctesiph. notatur, i.
 36. ii. 9.
 —adversûs Timotheum, ii. 13.
 —adversûs Midiam, i. 36.
 —in Timarchum, i. 16.
Harpocraton emend. ii. 10.
 notatur ii. 9.
Heliodorus notatur, i. 35.
Hippocrates, Foësius in eum notatur, i. 21.
Homerus emendatur, ii. 11.
Lucianus notatur, i. 19.
Methode de Port Royal notatur, ii. 13.
Philonis Judæi interpres notatur, i. 13.

θαι, Lystrat. pro bonis Arist. p. 148. *σεφανώσασθαι*, Pind. Ol. od. vii. p. 29. & 149. Fortè etiam *πράξασθαι* in ejusd. Pyth. Od. iv. ver. 443. Misc. Obs. Mai. Aug. 1739. Vol. x. p. 216. Cave tamen *ἐκλεξαμένους ἀνδρας πέμψαι*, Acts xv. 22. *veritas viros DELECTOS mittere*, subauditur enim αὐτῆς. Τότε ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις [αὐτῆς] ἐκλεξαμένους ἀνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι εἰς Ἀντιόχειαν *viros quos ex suis elegerant mittere Antiochiam.* Vide in N. T. *Conjecturas, &c.* p. 159.]

Polux

- Pollux, l. i. c. 1. tentatur, i. 44.
 H. Stephanus notatur, i. 22. 24. 32. 36. 38. ii. 2. 12.
 Scholiast. in Thucyd. notatur, ii. 9.
 Interpres Thucyd. notatur, *ibid.*
 Xenophon emend. i. 66. ii. 9,
 Interpres ejus in Cyri Exped. notatur, ii. 9.
 —in Apomnem. ii. 9.
 —in Hierone, ii. 4.

INDEX

VOCABULORUM,

ADJUNCTIS ILIADOS LOCIS, QUIBUS CLARKIUS
 ETIAM PRIMIGENIAM VOCIS MEDIÆ SIGNIFICA-
 TIONEM INDICAVIT.

- 'ΑΓείρω, συναγειράμενοι,
congregantes seipsos.
 Il. Ω. 802.
 "Αγω, ἐπάγω. i. 28.
 Πρῶσάγω, i. 26.
 "Αγχω, ἀπάγχω, i. 9.
 Αἶρω, i. 19. ἤραμαι κύδος,
reporto mihi gloriam.
 Il. X. 393.
 Αἰσχύνω, i. 13.
 'Αλείφω, ungo alterum, ἀλεί-
 ψαλο, unxit se, Il.
 Ξ. 14.
 'Αλλάττω, διαλλάττω, i. 39.
 'Αρύνω, i. 34.
 'Αρτύω, ἐξαρτύω, i. 47.
 "Αρχω, i. 23. ii. 5.
 Βηλεύω, i. 37.
 Συμβηλεύω, ii. 15.
 Γράφω, ἀπογράφω, ii. 2.
 Δανείζω, ii. 16.
 Δέω, ἐδέσσαλο, *ligavit sibi*
ipse. Il. Ω. 340.
 Διακορέμενος idem quod δι-
 άκονος, *minister: δια-*
κονῶν, qui jam tum
ministrat. Il. Γ. 14Γ.
 Διδάσκω,

- Διδάσκω, ii. 3.
 Δίδωμι, Praef.
 Δικάζω, ἐπιδικάζω, ii. 7.
 Ἐγυῶ, i. 10.
 Εἶδω, εἰσάμενος, *cum se affirmasset.* Il. B. 22.
 Γ. 389. N. 45. 216.
 Γ. 141. Π. 716. Ρ. 73. 555. Φ. 213.
 Ἐλίσσω, ἐλιξάμενος, *se subito impetu convertens.* Il. P. 283.
 Ἐπομαι, i. 13.
 Ἐπείγω, i. 13.
 Ἐχω, ἀπέχω, i. 12.
 Παρέχω, i. 49.
 Ἐω, *cum compositis,* i. 6.
 εἰσάμενοι χροῖ χαλκὸν, *cum nosmet ipsi armaverimus,* Il. T. 233.
 Ζῶω, ζωσαμένω, *cum se ipsi accinxissent.* Il. Ψ. 685. 710.
 Θωράω, θωρέξομαι, *me ipse armabo.* T. 23.
 Ἰζω, καθίζω, i. 13. 66.
 Ἰστημι, i. 13. 53. ii. 13.
 Καλύπτω, *cum comp.* i. 22.
 καλυψαμένη, *cum se ipsam cooperuisset.* Il. Γ. 141. Ξ. 184. Od. E. 491. Θ. 199.
 Κέω, i. 13.
 Κείρω, i. 6. ii. 1. Il. Γ. 141. Ψ. 45.
 Κινέμενα, *se ipsa moventia.* Il. N. 798.
 Κόπλομαι, *caedam me ipse,* i. e. *plangam.* N. 141. X. 33.
 Κορέω, κορεσσάμενος, *quum se ipse saturaverit,* T. 167. X. 427.
 Κοιμάω, i. 13.
 Κόπτω, p. i. 10.
 Κομιζω, *cum comp.* i. 51. 54. 57. ii. 11. 14.
 Κρίνω, ii. 6.
 Κτάω, i. 31.
 Λαθεῖν, *alterum latere,* λαθεῖσθαι, *latere seipsum,* h. e. *oblivisci.* Il. i. 533.
 Λέω, i. 5. Il. Φ. 560. Ψ. 41.
 Λύω, *solvo,* i. 7. *reddo captivos accepto pretio.* ii. 11. Il. A. 20. 29. Ω. 137. 555. 561.
 Λύομαι, *redimo captivos, dato pretio.* A. 13. 372. Ω. 118. 237.
 Διαλύω, i. 38. 47.
 Ἀναλύω, i. 7.
 Καταλύω, i. 39. 52. 63.
 Μαντεύω, i. 40. 41. ii. 15.
 Μετρέω, ii. 16.
 Μισέω, *odiosum me reddo.* Il. N. 141.
 Μιμνήσκω, ἀναμιμνήσκω, i. 11.
 Μισθός,

Μισθῶω, ii. 11. ii. 16.

Μόργνυμι, ἀπομόργνυμι, i. 4.

Μύσσω, ἀπομύσσω, i. 3.

Νέμω, i. 36.

Νίπτω, νίψει, *lauit roculum:*
νίψαλο δ' αὐτὸς χεῖρας,
lauit manus suas, Π.
229, 230. Ω. 305.

Οῖω, *fero alteri*: οἶομαι, *af-*
fero sibi, N. 168.

Οικίζω, εἰσοικίζω, i. 15.

Ὀμόργνυμι, ἀπομόργνυμι, i. 4.

Ὀπάζω, *comitem me præbeo,*
vel simpliciter præ-
beo, do. At ὀπάσασαλο
Νέστορῶ υἱας, *Nesto-*
ris filios sibi ipse co-
mites ascivit. T. 238.

Ὀπλομαι, ἀπόπλομαι, i. 3.

Ὀρέγομαι, i. 17.

Præterita passiva pro Me-
diâ voce usurpata, i.
1. 56.

Πάω, *passideo, paro.*

Πάομαι, med. *pasco, gus-*
stare facio. Salm. de
modo usur. p. 164.

Παύω, i. 13. II. Ψ. 823.

Πειράω, *πειρώμενῶ σθένεῶ,*
suarum sibi virium
periculum faciens,
O. 359.

Πέμπω, i. 20.

Περαιῶω, i. 31.

Πλέω, ἐμπλήσασαλο θυμὸν μέ-

νεῶ, sibi ipse imple-
uit animum irâ. II.
X. 312.

Πλήσσω, *πεπλήγειο μηρῶ, sua*
sibi percussit femo-
ra. O. 113. 397. Π.
125.

Πλάνάω, i. 13.

Πράσσω, *καλαπράσσω*, i. 47.

Ποιέω, i. 32. 33. 47. 60.

Προσποιέω, i. 24.

Πορρεύω, i. 13.

Πορίζω, i. 30.

Σείω. σείσαλο, *commouit se.*
II. Θ. 199. *σευάμε-*
νῶ, ruens, II. X. 22.

Σημαίνω, i. 59.

Σκευάζω, *παρασκευάζω*, i. 29.

Σπάω. ἐπισπάω, *παρσπών,*
i. 27.

Σπένδω, i. 39.

Στηρίζω, *ἐδὲ ποδέσσιν εἶχε*
στηρίζασθαι, nec po-
tuit pedibus se ipse
stabilire. Φ. 241.

Στέλλω, i. 13. 35.

Στεφανῶω, i. 8.

Τάσσω, i. 28. ii. 8.

Ἀνιτάτσω, i. 15.

Τέρπω. *τεταρπώμεθα, nos ipsi*
satiauerimus. Ψ. 10.
98. Ω. 636.

Τιμάω, ii. 2. II. N. 141.

ἀποτιμάω, ii. 13.

Τίθημι, *cum compositis*, i.
25. 39. 44. 47. 48.
50. ii. 4. 10. 13.

Τιμωρέω,

Τυμωρέω, i. 34. 64.

Τίω, ii. 12.

ἀποτίω, ibid.

Τρέπω, i. 14.

Ἐκτρέπω, i. 18. μετατρέ-
πομαι, *converto me,*
converto retro. II.

A. 199. Γ. 141. 422.

Διὸς ἐτρέπετο φρήν,
Jupiter animum suum
mutavit. K. 45.

ἐτρέπετ' ἔγχυον, *aver-*
sa est hasta, seu aver-
tit se, i. e. aberravit.

Δ. 233. N. 605.

Verba certandi, i. 40. 41.

rejiciendi, repel-

lendi, i. 44.

Passivâ significatione

Media, i. 35.

Passiva præterita, i. 1.

56.

Activo-media, i. 49.

Φαίνω, i. 13.

Φθείρω, *διέφθορας, te ipse per-*
didisti. O. 128.

Φέρω, προσφέρω, i. 21.

Φημί, φάσθαι ἴσον ἑμοί, *æ-*
qualem se mihi di-
cere. O. 167.

Φοβέω, i. 13. 35.

Φυλάσσω, i. 14.

Χεράω, ii. 11. 15. iii. p. 66.

Χρίω, ii. 1.

Ψάω, ἀποψάω. i. 3.

Ψηφίζω, ii. 9.

᾽Ωθίω, ἀπωθίω, i. 45.

VETERES POETÆ CITATI

AD

PATRIS * PHILIPPI LABBEI

DE ANCIPIUM GRÆCARUM VOCALIUM

in prioribus Syllabis MENSURA

(ubi confirmanda esset)

Confirmandum Sententiam :

Necnon ad indicandum

Quibus Vocibus licet corripere Vocalem longam ante
alteram in eâdem dictione ;

Operâ & Curâ

EDWARDI LEEDES,

In Scholâ BURIENSI


Ad acuendos *Adolescentium* Animos,

erga *Poëseos* Studium


(cùm ipse POETA non sit)

Cotis Vice fungentis.

EDITIO SEXTA, Auctior.



* Ed. Leedes impresserat PETRI pro *Patris* : Inscrībatur in impressis, *Operâ P. Philippi Labbe Biturici è Soc. Jesu*, ubi P. ponitur vice *Patris*.



SAMUELI ET EDUARDO LEEDES
FILII DILECTISSIMIS,

Nunc procul à *Patre* otiantibus,

Alteri in Colleg. Regin. Cantab.

Alteri in Sancti Petri,

EOQUE MISSIS,

Scilicet ut curvo possent dignoscere rectum,
Atque inter silvas *Academi* quærere verum;

E. L.

mittit Salutem simul & hunc libellum.

EN vobis, Filii mei, Libellum de Ancipitum Græcarum Vocalium Quantitate, quantum ad numerum Vocabulorum spectat, maximam partem ex *Philippi Labbei* Indice Prosodico depromptum. Verùm quæ ille voluit suâ solâ autoritate credi, ea omnia hîc habetis, quantum à nobis fieri potuit, à *probatissimorum Poëtarum* usu confirmata. Non magni fortasse vestrâ referre putabitis sic ad *amussim Metiri Syllabas*: at pluris aliquantulum facietis, opinor, quàm *id omnino nescire*. *Lusi* horas aliquot vespertinas, quas fortè aliter somno dedissem, in exquirendis singulis singulorum Poëtarum quos citavi *Loci*, & si aliquo *Loco* vobis esse possit eos indicâsse, ut ut mihi tædio aliquando erat sic *ludere*, non existimabo tamen me penitus *luisse* Operam. Valet. Dat. Idibus *Maiis*, A. D. 1701.

G. BOWYER, LECTORI S.

Jan. 1, 1749-50.

GRÆCIA primitus quinque tantum habuit vocales, donec Simonidi placuit E & O utramque in duas formas dispescere. Cumque E nominaretur EI, et O, OY, videntur triplici potestate fuisse indutæ; E scil. sonabat ĕ brevem, ē longam, & diphthongum eiⁿ: O pariter ō brevem, ō longam, & diphthongum o. Nolens instaurator ille, ut tam variis commodis inservirent eadem elementa, binos vicarios introduxit; H pro E longâ; et Ω pro O longâ. Adcō ut quantitatem harum vocalium ipsa forma demonstraret; cæterarum trium, usus quotidianus edoceret. A longum ab A brevi, sono distinxisse veteres vel inde patet, quod voces ab iis deductæ etiamnum superstites diversis sonis pro quantitate syllabarum effertur: Πατηρ & Μητηρ (nam sic ab Æoliis

ⁿ Victorinus De Orthographiâ, p. 96. *E et O ternas habebant apud eos potestates.* Contra istius loci auctoritatem disputat vir longè acutissimus Richardus Dawes, Miscell. Crit. p. 128. &c. Concedit quidem O & nomen & sonum habuisse diphthongi OY, atque etiam vocali E nomen aliquando fuisse EI, p. 134. negat verò utrique eam fuisse potestatem. At Literis ab ipsâ potestate nomina sua imposita crederem. Quid verò Plutarchus, in libello De EI inscripto foribus templi Delphis? Nonne EI nunc ut syllabam ad examen revocat, cujus vis sit SI, aut ES; nunc ut γζάρμια, quinquenarii notans potestatem? Dubius sanè hîc incedo, & suspensio pede, ubi autores utrinque ducunt. Quicquid demum statuatur, verisimile est EI exilius fuisse elatum, & minùs ab η vel ι sono discrepasse quàm apud nos obtinet. AI, OI, & EI mutârunt Romani in AE, OE, & E, posteriori vocali diphthongorum vires suas præcipuè exerente. Ut *Alveolæ, Æneas, Μυσία, Μορσία, Μυσία.* Si audiamus Salmasium De usuris, p. 88. *Certum est ante mille annos Græciam non novisse ullam differentiam pronunciationis inter υ, ει, & ει.* Vide etiam R. Wettenium de Græcæ linguæ pronunciatione, p. 171. &c. Periz. Anim. Hist. c. x.

scripta

scripta fuit) nunc pariter ferè pronunciamus; at non sic olim à quibus nostrates accepere FATHER & MAUTHER vel MOTHER, Φράτηρ, BROTHER; Πλατὸς, PLAUTUS; Πᾶν, Πᾶν⊙, FAUNUS, &c. Φήμη, Fāma, Fāme; at Αἰμὸς, Fă-mes, Făm-ine. Quod igitur illi ore & auribus dignoscebant, nos legendis poëtis indagare cogimur; idque ut sine temporis aut etiam desidix jacturâ assequamur, hujus libelli dos est.

Vocalem brevem positione, quam vocant, ante duas consonantes fieri longam, omnes nôrunt: ejus quippe sonus conflictu quasi consonantium tardatur, ut *in-gens*. Sin verò sequentes consonantes ad proximam syllabam promoveri possunt, fit communis: dici enim potest vel *pāt-rem*, vel *pă-trem*; *smarāg-dos*, vel *smară-gdos*. Sed unde Græcis liceret esse tam disertis, ut vocales longas & diphthongos ante vocalem corripent, nupera admodum nobis notitia est, quam debemus doctissimo viro suprà laudato. Duabus vocalibus, ubi Æoles suum Digamma F collocabant, Iones aspirationem quandam interferebant; an formâ *Vau*, vel voce solùm expressam incertum est: sonabat ut nostras W, & duplicis consonantis vicem gessit, quæ vel cum antecedenti vel sequenti syllabâ pro arbitrio enunciari soleret. In Verbis igitur in *ω*, ut *μηνώ*, *γηρώ*, *δαυρώ*, *αἰνώ*, *ἀφρώ*, *λύω*: et *ω*, ut *τίω*, *υ* & *ι* naturâ esse *breves* statuit vir doctus, sed scribendo vel legendo *λυωω*, *τιωω*, fieri *longas*: Cùm Clarkius et alii autumarent hasce vocales esse naturâ quidem *longas*, sed positas ante vocalem nescio quibus machinis fieri *breves*.

Quid verò statuendum est de vocalibus longis & diphthongis, quas mox citat autor noster, inusitato more

• Miscellanea Critica, p. 139, 140, &c.

breviatas? Quæ, inquam, vocales per Συνίησιν contrahantur, Diphthongi resolvantur; quidvis potius experiri libet quàm ut ad Grammaticorum *positionem* (quæ nil plûs valet quàm Philosophorum *fuga vacui*) delabamur. *Ἀήϊω* igitur & *δηΐοισι* sonabant veteres *δη-γω*, *δη-γοισι*, vel *δη-τωω*, *δη-τωοισι*: *Γαιήοχον*, *γα-γοχον*, vel *γα-τοχοχον*: ut in *Parietibus*, &c. Ἐπειή, *επι-τωε* vel *επι-γε*: Ἰέεεον, *ιερε-υον*, Πόίης, *πο-ωης*, quod & in melioribus codd. legitur *πόης*, sic enim *Dores* et *Æoles* scripserunt, et ipse *Theocr.* *εἰδ.* X. 38. Unde Latinum *Poëta*; primâ pariter brevi P. Pro Ἰίδς et Ἰιὲ dixerunt *ωhās*, *ωhē*. Unde *Noftras* *SON*⁹, vox pariter monosyllaba. In istis verò, ut in quamplurimis aliis, irrepsisse videtur, loco *Di-gamma* *Æolicæ* vel aspirationis *Ionicæ*. Sic *Il. ω.* 616. Ἀχελώϊον ἑρρώσαντο pro Ἀχελώτων αυερρώσαντο. & β. 765. Ὀτριχας, οἰέτεας, scribendum *οτωέτεας*, eâdem planè analogiâ compositum, quâ præcedens *ὄτριχας*, ut docet vir sæpe laudatus, R. Dawes, ubi suprâ, p. 176, 8. Apud *Theocr.* *εἰδ.* xxix. dicas forsan ὡς κε esse spondæum ante duplicem consonantem, et ζώης contractè dici ζῆς, ut à *λάω*, *λῶ*, *λῆς*. An vero potius legendum ζάης vel ζήης, ut ζόν, pro ζῶη apud *Herodot.* passim.

Quâ ratione vocalis brevis ante vocalem producat, jam vidimus; quærat forsan unde toties in *Indice* subsequenti fiat anceps ante consonantem. Notandum est, igitur, ante semivocales liquidas λ, μ, ν, ς, pariter ac ante vocales, aspiratio illa *Vau* vel *F* facilè sese inge-

P Vide *Chiffol* ad *Infer.* Sig. p. 40.

